INSTITUTIONUM CIVILIUM COMMENTARIA IN CARMINIBUS EXPLICATA...

Camillo Caravita, Iustinianus Augustus imperatore d'Oriente

Digitized by Google

BIBL. NAZ.
Vitt. Emanuele III.
RACCOLTA
VILLAROSA
B
701
NAPOLI

Digitized by Google

Digitized by Google

Ch. 2. 8

Digitized by Google

INSTITUTIONUM CIVILIUM
COMMENTARIA
IN CARMINIBUS EXPLICATA.

Digitized by Google

527388

Digitized by Google

INSTITUTIONUM CIVILIUM
COMMENTARIA
IN CARMINIBUS EXPLICATA.

AUTHORE

D. CAMILLO CARAVITA

Presbytero Neapolitano, U. J. D. & Prothonotario Apoſtolico.

DICATA

SANCTISSIMO DOMINO NOSTRO

CLEMENTI XI.
PONT. OPT. MAX.



NAPOLI

ROMÆ MDCCIV.

Apud Joſeph de Martijs, Typis Jo: Franciſci Chracas:

SUPERIORUM FACULTATE.

Digitized by Google

Digitized by Google

SANCTISSIMO IN CHRISTO PATRI

CLEMENTI XI.

PONT. OPT. MAX.

CAMILLUS CARAVITA FOELICITATEM.

QUòd *ſeveras Aſtreæ lances, vindicemq; gladium Poeticis frondibus obumbrarem, duo me in eam potiſſimùm mentem*

im-

Digitized by Google

impulerunt, Beatissime Pater. *Alterum, ut in aſpero tantæ facultatis itinere, umbram Poeſeos laſſis juvenibus offerrem; alterum, ut ipſa argumenti novitas curioſos quàmplurium alliceret oculos, & faſtidioſos ad Jurium cognitionem impelleret; idque eò maximè aſſequuturum duxi, ſi hos mei tenuis ingenii labores Tui potiſſimùm nominis Majeſtate conſcriberem, ſub Tuis ſcilicet auſpiciis Zoilorum declinaturus invidiam, quam tanti Principis authoritas profligaret. Præterquàmquod nihil tàm Juri conſonum viſum fuit, quàm ſi legum documenta ſupremo legislatori retulerim, ac, ſi leges Dei donum exiſtimarunt quotquot legibus bene vacant, illum legalis diſciplinæ Patronum præoptaverim, qui fœlici omnium voto ejuſdem Dei vices gerit in Terris. Illud præterea ſuaſit, quod Orbis in ſe univerſi oculos rapit, Juſtitia nempè Te Principe verè florida, ac hilaris, Tuæque, uno verbo, indolis imitatrix. Tàm benè virtutes omnes in Te uno conſentiunt, ut non facilè quis ſtatuat,*

Digitized by Google

utrum Tuam magis æquitatem amemus, an vereamur lenitatem; Quid enim ominoſum illud, quod de Te circumfertur, vaticinium Flores circundati *vel hoſtibus ipſis ultrò fatentibus exprimat, atque ſignificet, quàm virtutum omnium conſenſum, ac fœdus initum, ut eo Te dignum faſtigio demonſtrent, quo Orbi præfulges? Ac tandem cujus meliori nomine Poetici hujus in Jure elucidando laboris patrocinium adlegerem, quàm ejus, quem Rethorico in pulvere tàm decorè inſudantem, ejuſdem Palestræ alumnus puer ipſe olim vidi, nunc ſacrarum legum Præſidem veneror? Nec grave futurum Tibi opinor eo obſequentis filii munus animo excipere, quo ſtudiorum comitem non aſpernabaris, facilè ipſe lectores habiturus, ſi primam operis frontem Tuo inſignem nomine, quod diligunt, Tuoque munitam præſidio, quod colunt, aſpexerint.*

Datum Romæ Kalendis Auguſti 1704.

Digitized by Google

Imprimatur

Si videbitur Reverendiſs. Patr. Sac. Apoſt. Palat. Magiſt.

Dominicus de Zaulis Epiſcopus Verulanus Viceſg.

APPROBATIO.

Ter mihi commiſſum volui percurrere librum;
Sed nihil inveni quod ſine laude foret
Et nihil adverſum Fidei, nil moribus obſtans,
Sic rarum Authoris monſtrat acumen, Opus.

Ita eſt Philippus Pupius Advocatus, de mandato Reverendiſs. Sac. Apoſt. Palat. Magiſt.

Imprimatur

Fr. Paulinus Bernardinius Ord. Prædic. Sac. Palat. Apoſtol. Magiſt.

Digitized by Google

INSTITUTIONES CIVILES JUSTINIANI IMPERATORIS.

PROOEMIUM.

[a] IMperii Faſces concors in prælia robur
Militis, in regimen Juris præcepta coronent;
Eſto ſimùl cuſtos legum, ſimùl inclytus armis,
Ac gemino Princeps redimitus tempora ſerto,
Cōprimat hinc hoſtes, hinc fraudibus expiet orbē;
Et belli, paciſque diem lex temperet una.
Quorum utramque viam Divino afflante peractā
Numine, barbaricæ vires, iterumque ſubactis
Romuleo docuere jugo cervicibus Urbes.
Tum quæ pervigili ſtudio vulgata per Orbem,
Ac numeris digeſta ſuis, velut Æquoris undas
Emenſus, tandem Cæſar decreta locavit.

1 Docet hìc Juſtinianus maximum Imperii decus eſſe cùm armorum munimine legum conſonantiam, tùm ad hoſtes ſuperandos, tùm ad regimen ſubditorū, ut poſſit utrumq; tempus, bellorum ſc. & Pacis, rectè gubernari; quod à ſe peractū, Divina aſpirante Gratia, teſtatur, tam in ſubijciendis Romano Imperio Barbaris Gentibus, quàm in legum compoſitione, & diſtinctione.

Et

Et quatuor, [a] ceù jam cõpleto elementa daturus
Prima operi, poſuit legum cunabula, Juris
Materiem libans; placuit diſtinguere primùm
Perſonas; Dominos recitat pars altera rerum;
Debita dein penſat, formam demum exigit Actor.

a Docet hic Juſtinianus ſe ex Digeſtorum libris, in quibus diffuſè legalis materia peragitur, quatuor Inſtitutionum libros compoſuiſſe, quaſi quatuor Elementa, quæ ipſe prima legum cunabula appellat, in quibus Juris materia breviter continetur. In primo libro agitur de Perſonis, earumque differentiis. In ſecundo de rerum Dominio. In tertio de Obligationibus. In quarto de Actionibus tùm Civilibus, tùm Criminalibus. De his omnibus agendum eſt. Ideo &c.



IN.

INSTITUTIONUM CIVILIUM

LIBER PRIMUS.

DE JUSTITIA, ET JURE

TITULUS PRIMUS

Ad §. Juſtitia.

Juſtitia [a] eſt habitus conſtans, & certa voluntas,
Debita jura ſuis mandans, [b] quia debita, reddi,
Sic reliquis diſpar virtutibus. Hæc [c] ubi pœnas
Exigit in ſontes, meritis vel præmia ſolvit,
Jus variat Perſona ſuum: contractibus æquum,
Et damnis temerè illatis res ipſa miniſtrat.

a Hæc verba non ad hominis juſti voluntatem, ſed ad ipſius Juſtitiæ directionem referuntur, quamvis enim ſepties in die cadat Juſtus, ſemper tamen Juſtitia dictat quid rectè agendum ſit.

b In hoc differt Juſtitia ab aliis virtutibus, quòd illa reddi vult debitum ex hoc præcisè, quia debitum eſt, aliæ autem virtutes reddunt quidem debitum, ſed ſub alia ſpecifica ratione. Sic Religio reddit debitum Deo ſub ratione Cultus; Obedientia reddit debitum Superiori ſub ratione ſubjectionis: Charitas ſub ratione ſubventionis, &c. Sola Juſtitia ſub ratione debiti, quæ proinde tamquam virtus tranſcendentalis in aliis virtutibus continetur.

c Juſtitia duplex eſt: altera diſtributiva, vel vindicativa, quæ verſatur circa præmia, & pœnas, & ſuam æqualitatem deſumit ex perſonarum qualitate, itaut mitiùs puniatur Nobilis, quàm ignobilis, Impubes, quàm pubes, Debilis, quàm robuſtus, &c. Altera dicitur Juſtitia commutativa, & verſatur circa contractus, & damna, nullamque habet exceptionem perſonarum, ſed ex ipſis rebus æqualitatem accipit, ut ad obſervantiam contractus, & damnorum refectionem æquè teneatur Supremus Princeps, ac quilibet vir infimæ conditionis.

Ad §. Juris Prudentia.

Ut premat effrænes [d] Juris Prudentia mores,
Quæ tangunt homines, ſpectant quæ ad Numina, pandit,
Faſque nefaſq; monens humanos temperat actus.
Non tamē [e] hinc Juris Doctor, cui plenior annus
Deficeret, læſus Prætoris Jure carebit,
Quo geſtum revocare queat, cùm Jure ſcientes
Non ideo falli nequeant in rebus agendis,
Quos infirma dolis ætas ſupponeret aſtus
Expertes. Hinc Prætor opem conferre minori
Decepto meritam ſtatuit; quin callidus eſto,

d Definitur hic Juris Prudentia: Divinarum, ac humanarum rerum notitia, juſti, atque injuſti ſcientia, non quidem quoad intrinſecas rationes, id enim ad Sacram Theologiā pertinet, ſed ſolùm quoad mores humanos dirigendos.

e Doctor minor 25. annis ſi in contrahendo,

 Ne-

Nequidquam legem violat, ſi diſtet ab uno
Edictæ legis ratio plerumque probata.

do, vel aliter fuerit læſus, non ex hoc, quia ſit Doctor, privatur beneficio reſtitutionis in integrum conceſſo à Prætore minoribus læſis, tùm quia Juris ſcientia non ſupplet defectum ætatis, & experientiæ in contractibus, tùm quia defectus rationis Edicti in caſu particulari non tollit legem, ſi ut plurimum, & in univerſali verificetur, ut in *l. 1. C. Qui, & adverſus quos. Argumento ex l. proſpexit, ff. qui, & à quibus.*

Ad §. Juris Præcepta.

[a] JUre monente Pudor ſocietur moribus; ultrò
Ne quēquam lędas; Domino ſua cuiq; ferūtor.
Sed quamvis geminet [b] mulier viduata marito
Connubii tædas, ſi quæ legata ſupremum
Conjugis Elogium dederit, non carpit honeſtæ
Conditio, & caſtæ vitæ, cùm Jure probatis
Moribus accedat; Græcorum quippè Sacerdos,
Poſtquam legitimo uxorem ſibi fœdere junxit
(Quem Regio morem ſequitur) nil Sācta Pudoris
Jura premens caſtos, & honeſtos exigit annos.
Contrà ubi, [c] vel moriēs vidualis fœdera poſcat
Incorrupta Thori, proprias vel deſtinet ædes,
Poſteriora domum variarent vota priorem,
Legatumque ſuis repetit cum fructibus hæres.

a Tria ſunt Juris præcepta: honeſtè vivere, alterum non lædere, jus ſuum unicuique tribuere, *ut hic.*

b Quoad Primum Præceptum honeſtè vivendi, vidua ſecundo nubens non amittit legatum à primo viro ei relictum ſub conditione, ſi caſtè, & honeſtè vixerit. Hæc enim verba ſolùm important vitam juxtà mores ſuæ Regionis à Jure non reprobatos, ità ut Clerici Eccleſiæ Græcæ uxorati dicantur etiam vivere caſtè, & honeſtè. *In Cap. ut Clericorum. De vita, & honeſt. Clericorum. Hinc Divus Ambroſius in 32. q. 4. Cap. 4. ait eadem à marito, quæ ab uxore debetur Caſtimonia.*

c Id autem limitatur ſi conditio ſit de lecto viduali ſervando, vel ſi adiiceret, *ſi caſtè vixerit in domo mea*, nam per ſecundas nuptias tranſiret in domum, & poteſtatem ſecundi viri, adeoque ob defectum conditionis tenetur ad reſtitutionem legati unà cum fructibus perceptis, niſi onus adiectum ſapiat potius modum, quàm conditionem, putà *donec caſtè vixerit in domo mea, vel donec lectum viduale ſervaverit*, tunc enim per tranſitum ad ſecunda vota amittit quidem legatum, ſed retinet fructus interim perceptos.

Inſontem violare [d] nefas, at pellere vim vi
Cum tutelæ inculpatæ moderamine, damnum
Qua immeritò emergens avertat quæſtio, par eſt.
Ergo nequit, prædam ut repetat, concedere Fato
Raptorem Dominus, furto niſi jungeret arma.

d Quoad ſecundum Præceptum alterum non lædendi, limitatur pro juſta ſui, vel ſuorum defenſione, dummodò adſit moderamen inculpatæ tutelæ, ita ut non ſit alia honeſta præcautio, & ſit juſta compenſatio damni, quod ab aggreſſore timetur, quarè non poteſt Dominus pro recuperandis rebus furto ſubtractis occidere furem, niſi hic violentiam adderet, vel bona illa ſint omninò ad vitam neceſſaria, cùm non ſit æqualis vita, ac bonorum jactura, ut obſervat *Toletus in Summa in tractatu de furtis.*

De

De Jure naturali, Gentium, & Civili.

TITULUS SECUNDUS.

[a] QUod pariter Natura homines, & cętera bruta
Edocuit, naturali, dic Jure profectum,
Fœmina, maſque ſimùl quo ſe conjungere diſcūt,
Quo prolem procreant, alimentaq; mutua poſcūt,
Sed genitus Patri, [b] Matri poſtponitur uxor,
Scilicet anterius, quod ab unica origine Jus eſt,
Præfertur; quin ritè pater ſibi comparat eſcam
E prolis pretio, deſcendens paſcere natos,
Quamvis cogat Amor, voto ſuadente priori
Naturæ, nec enim Genitorem finxit egere
Subſidio Prolis, ſecus hoc variante, parentes
Sic longa ſervans ætate Cyconia paſcit.
Hinc medio quoque defuncto Genitore, Nepoti
Aſcendens concedit Avus, quippè ordine primo
Naturæ attento, ſua cùm plerùmque ſuperſit
Progenies Patri, primo ſuccedere gaudet
Nomine; penſat enim, quæ ſæpiùs eveniunt, lex;
Sin varians mortis turbabitur ordo, Parenti
Non minus extinctæ fertur ſubſtantia prolis.

a Jus naturale eſt illud, quod Natura omnia animalia docuit, ut maris, & fœminæ conjunctio, filiorum procreatio, & educatio, ut *hic in principio*.

b In eadem neceſſitate quis habens Patrem, & filium, tenetur illi potius, quam huic ſubvenire, tùm quia obligatio erga Patrem eſt antiquior deſcendens ab eodem Jure naturali; tùm etiam, quia Pater poteſt vendere filium, ut ſe alat, *l. 1. & 2. C. de Patribus, qui filios diſtraxerunt*; & quamvis, ut dici ſolet, Amor potiùs deſcendat, quàm aſcendat, id tamen accidit ex primo Naturæ voto, quæ non ſupponit Patrem indigere auxilio prolis, at ſecùs eſt, ſi ſuppoſitum varietur, de quo exemplum Natura reliquit in Cyconia, quæ parentes ſenio confectos paſcit. Hinc etiam, ſi accidat mors filii relicto patre, & filiis ſuis, hi in ſucceſſione præferuntur Avo, cùm enim ex primo Naturæ voto filii patri ſuo ſuperſtites eſſe ſoleant, ipſos lex primùm ad ſucceſſionem vocavit; at ſi turbato mortalitatis ordine ſuperſit Pater, hic etiam ad ſucceſſionem vocatur, lex enim adaptatur ad ea, quæ frequentiùs accidunt, *l. Nam etſi parentibus, ff. de inofficioſo Teſtamento*.

In verſic. Jus autem Gentium.

JUs Gentium eſt, ratio quo naturalis, & omnes
Continet, & ſolos homines, ceù reddere cultum
Ritè Deo, ſervare fidem, deferre Parenti
Obſequium; quod vel directo lumine prodit
Naturæ, vel ob humanos injungere caſus
Viſum eſt. Hinc rerum diviſio, ſceptraq; Regum,
Termini Agris poſiti, ſtructę Urbes, cōdita Regna,
Contractuſque, Magiſtratus, Captivus, & Arma.

Ad

Ad §. Jus autem Civile.

[a] JUs Civile Urbes condunt, quæ Principis omne
Imperium ignorant, quamvis, & tẽpore mores
Subditus, & tacito Civis det nomine legem.

a Jus Civile eſt, quod unaquæque Civitas proprium ſibi conſtituit, quod tamen ſolis Civitatibus convenit, quæ non recognoſcunt ſuperiorem, licet poſſit conſuetudo introduci etiam à Civibus ſubiectis, ut hic in §. *Ex non ſcripto*.

Romuleum, Caput Orbis, [b] amat civilia primùm
Verba ſibi Jus. Hinc legatum Eccleſia Matrix
Lucratur, moriens ſi nullam deſtinet Aram.
Nomine ſi plures uno decorentur, habeto
Pauperior, niſi defuncti vel certa repugnent
Verba, vel adverſis pateat mens edita ſignis.

b Nomine Juris Civilis per anthonomaſiam intelligitur Jus Civile Romanorum, cùm Urbs Romana ſit Caput Orbis. Ad cujus ſimilitudinem legatum relictum Eccleſiæ, non expreſſo nomine, debetur Eccleſiæ Matri; ſi verò exprimatur nomen Sancti, & in ea regione ſint plures Eccleſiæ ipſi dedicatæ, regulariter debetur pauperiori, niſi voluntas teſtatoris, vel expreſſa, vel conjecturata aliud ſuadeat, ut in *in Auth. de Eccleſiaſt. tit. §. Si quis in nomine*.

Ad §. Conſtat.

[c] JUs, dedit expreſſo quod nomine ſanctio, ſcriptum eſt,
Non ſcriptum pariunt longævo tempore mores,
Accipe ſub primo leges, Conſulta Senatus;
Prudentum reſponſa virûm, Plebiſque ſtatuta,
Quæ edixit Prętor, placitum quæ Principis addit.
Dant [d] ratio, comune bonum, ſubiectio legem.
Eſto tamen Princeps Juris, quod condidit, Author,
Vi cogi nequeat, Capiti nè diſſona Monſtrum
Membra ſuo ſapiant, latæ vi legis & ipſe
Dirigitur; [e] neſcit Layci mandata Sacerdos.

c Jus duplex eſt, aliud dicitur ſcriptum, non ſcriptum alterum; illud eſt expreſsè imperatũ, hoc moribus Populi introductum. Juris autem ſcripti nomine continentur leges, Senatus Conſulta, reſpõſa Prudentum, Plebiſcita, Edicta Prætoris, & quod Principi placuit, ut hic, & in §§. ſequentibus.

d Lex ad ſui ſubſtantiam requirit, quòd à recta ratione procedat, ordinetur ad bonum publicum, & promulgetur à legitimo Superiore. Hinc Princeps Legiſlator, cùm non recognoſcat Superiorem, non tenetur vi coactiva ad ſuarum legum obſervantiam, licet vi directiva teneatur, tamquam Caput ſuis membris conformandum, nè Corpus politicum quaſi in Monſtrum degeneret, & ità conciliantur Textus *in l. Princeps, ff. de legibus cum l. Digna vox, C. de legibus*, ut ſcilicet teneatur vi directiva, non autem coactiva.

e Clericus, quia nullatenùs ſubjacet Principi ſæculari, nulla vi tenetur ad legum ab ipſo latarum obſervantiam. *Cap. Eccleſia Sanctæ Mariæ de Conſtitutionibus*.

Ad

Digitized by Google

Ad § Ex non ſcripto.

a Continuus quoq; vim legis ſibi vindicat uſus,
Cui cōcors Populi votum, quaſi Jure ligāte,
Acceſſit, legemque (velut lex altera) primam
Antiquat, poſt legitimo quàm conſtitit anno.

a Ex longa conſuetudine etiam oritur vis legalis, ſi major pars Civium illi continuato tempore ſe conformaverit, animo tamen ſe obligandi (aliàs potiùs ſtylus diceretur, quàm conſuetudo) & poteſt legem revocare non ſecus ac per novam legem revocatur antiqua, quod tamen intelligitur, poſt quàm fuerit lapſum tempus legitimum, & ſufficiens ad ipſam Conſuetudinem præſcribendam, ſecus in ſui principio, & ita conciliantur Textus *in l. de quibus, ff. de legibus cum l. 2. C. quæ ſit longa Conſuetudo.*

De Jure Perſonarum
TITULUS III.

b Primū homines variat diſcrimē, detur ut uni
Libertas, alter ſervi gravitate prematur.
Hunc vel Natura, Ancilla genitrice, creavit,
Vel ſe viceno Major venundedit anno,
Aut captum hoſtili ſupponunt bella triumpho.
Tollit utrumque Fides Capiti comunis utrique.

b Prima diviſio perſonarum eſt, quod homines, vel ſunt liberi, vel ſervi. Hi vel ſunt tales natura, ſi naſcantur ex Matre Ancilla, vel fiunt tales, ſi ſe vendiderint, vel ſunt capti ab hoſtibus in bello juſto. Verùm inter Chriſtianos hi duo poſtremi modi ceſſant, nec enim decet Chriſtianum Chriſtiano ſervire.

De Ingenuis
TITULUS IV.

c Naſcitur Ingenuus, Mater quem libera, ſervo
Quāvis Patre, tulit, vētri nā partus adhæret,
Libera ſeu prolem genitrix conceperit alvo,
Aut luci ediderit, fœtu vel plena ſoluta eſt.
Ingenui [d] nec jura ſequens dimiſſio carpit
Si pretio redimat, captum vel mancipet hoſtis.

c Ingenuus eſt, qui ex Matre libera, quamvis Patre ſervo, naſcitur, nam Partus ſequitur ventrem. Sufficit autem libertas Matris, vel tempore conceptionis, vel nativitatis, vel medio, ut hic *in §. Sed & ſi quis.*

d Non tollitur ingenuitas, ſi quis fuerit ab hoſtibus captus, & poſtea vel redemptus, vel manumiſſus, *ut hic in fine.*

De Libertinis
Titulus V.

a DIc libertinum, juſto ſi nomine ſervum
Spōte vel imperio Dominus dimiſerit, ipſa
Solverit aut merito pondus lex munere, poſtquā
Interitu eripuit, Domiui vel fata ſit ultus.

a Libertinus eſt, qui ex juſta ſervitute (alias eſſet Ingenuus, nec ad Jura patronatus teneretur) libertatem conſequitur, vel directè ab ipſo Domino, vel Jure ſic diſponente, poſtquam ſervus Dominum ſuum ab hoſtibus liberaverit, vel ejus mortem vindicaverit.

Qui, & à quibus manumittere non licet.
Titulus VI.

b ET ſi quiſque ſua de re diſponere pleno
Gaudeat arbitrio; humanis lex moribus inſtans
Sæpè tamen vetat ex cauſis abſolvere ſervum.
Primò alieni æris graviori pondere preſſus
Hoc nequit in fraudem, meritò nam creditor illū
In Jus ſervitiī revocat niſi protinùs omni
Suſpicione doli careat, Dominove ſuperſint
Pignora, queis oneri par ſit; ſervile nec Actor
Reſtituit pondus, Dominus quo ſolverat, eſto
(Ni fraus accedat) fieret mox viribus impar;
Nec revocat, c ſi quem toto deſcripſerit Aſſe
Debitor hæredem ſervum, cui nullus adhæret
Succeſſor; plures ubi nomine jangeret, eſto,
Quem priùs expreſſit, ceù prædilectior, hæres.
Si par vox omnes collegerit unica, liber
Sit minimus, ſortemque pares omnino ſequantur
Ne

b Quamvis Dominus poſſit liberè diſponere de rebus ſuis, ex juſtis tamen cauſis prohibetur quandoque ſervos ſuos manumittere. Sic primò debitor decoctus in fraudem Creditoris nequit, dummodò dolus tùm re, tùm conſilio interveniat, quo ſcilicet cognoſcens ſe imparem eſſe ſuis Creditoribus, velit ſervum liberare; quòd ſi bona fide manumiſerit, vel poſt manumiſſionem fiat decoctus, non revocatur libertas.

c Limitatur prohibitio, ut ſcilicet debitor decoctus poſſit manumittere ſeruvm, ſi hunc ſibi hæredem univerſalem inſtituat, nullo alio relicto hærede, qui velit hæreditatem, utpotè oneroſam, acceptare, ut hic *in* §. 1. *& ſeqq.* quòd ſi plures ſervi ſint hæredes inſtituti, primò nominatus, tamquam prædilectus, erit liber, & hæres. Si omnes ſimul unica oratione inſtituantur, erit liber, & hæres omnium viliſſimus. Si omnes ſint æquales, lis per ſortem dirimenda eſt, ut notant *D. D. argum. ex l. ſi non, ff. de hæred. inſtit.*

a Prohi-

Google

Ne quidquam Conjux [a] dimittit Adultera ſervum,
Tàm noxæ ſociū, quam ſi poſt crimen adepta eſt,
Aut cùm vir læſus meritò diverterat. Huic [b] par
Qui nondum ætatem viceno exegerit anno,
Legibus expreſſam laudet niſi Curia Cauſam,
Scilicet, ut Patrem, Matremque emancipet hæres
Filius à Domino ſcriptus; Patremque ſequuntur
Cum Conſanguineis Nutrix, præceptor, alumnus,
Cuſtos, ad lites Curator, quem tamen ætas
Menſa decennalis ſeptenos duxit ad annos.
Ut ſibi legitimis valeat conjungere votis
Ancillam, ſexto ducturus menſe; ſuumque [c]
Jus libertatis, ſemel accedente Senatu
Permiſſum, ratio quamvis mentita tuetur.

a Prohibetur ulterius ſervum manumittere uxor adultera, etiam quem poſt adulterium, & divortium comparavit. *L. Proſpexit, ff. qui, & à quibus.*

b Minor viginti annis non poteſt ſervum manumittere, ſine juſta cauſa legibus ſcripta, & à Judice approbata, *ut hic in §. Eadem*. Juſtæ autem eſſent cauſæ, ſi quis velit ſuos parentes liberare, quod accidere poſſet, ſi quis cum ſuis parentibus in ſervitutem redactus à ſuo Domino hæres inſtituatur, quo caſu, tamquam ſucceſſor Domini, acquireret ſuorum parentum dominium, & ſic poſſet à tàm indecenti ſervitute liberare, quod ad alios conſanguineos, & alias perſonas extenditur hic enumeratas in §. *Iuſta*.

c Libertas autem ſemel conceſſa per Judicem non revocatur, ſi deindè appareat falſitas cauſæ, *ut hic in §. Semel*.

Hac inter vivos prohibentur [d] lege minores,
Libera ſolvendi morientibus eſto facultas.

d Prohibitio locum habet in manumiſſione inter vivos, non tamen ſe extendit ad ultimas voluntates, *ut in Authent. ut ſponſalit. larg. §. 1.*

De lege Fuſia Caninia tollenda.
Titulus VII.

Qua certo quondā Dominos relevare placebat
Servorum numero, teſtati nomine, pondus,
Plena novo accedit, ſolvendi, Jure poteſtas.

e Olim Teſtatores e limitato numero ſervorum poterant libertatem concedere, quod hodie correctum eſt, *ut hic*.

Digitized by Google

De his, qui ſunt ſui, vel alieni Juris.
Titulus VIII.

a Temperat antiquum nova lex, vitæq; neciſque
Arbitrium Domini in ſervos, prolēq; parētis
Imperium, ſecùs invitos dimittere cogit.

a Antiquitùs Patri, & Domino erat plenū dominium in vitam filii, & ſervi, quod hodie correctum eſt, & ſolùm moderata coerctio conceditur, aliter poſſet cogi ad filium emancipandum, & vendendum ſervum, *ut hìc in* §. *ſed hoc tempore*.

De Patria Poteſtate.
Titulus IX.

b Patria, ſi primæ ſpectetur originis Author,
E naturali quamquam ſit Jure Poteſtas,
Quo regimen proli, ſua quo reverentia Patri eſt,
Civilis quamplura tamen dat Sanctio. Primùm
Supponi Sacris placuit, laribuſque paternis
Progeniem. Hinc ſuitas oritur, qua jura parentis
Defuncti, tamquam ſua, vindicat; ergo ſupremas
Teſtati Patris tabulas, extraneus hæres
Cui placuit, proles ſuppreſſa omninò caducat,
Ni cauſam memorans genitor, jure exuat illam
Hæredis, graviter verbis quem læſerat, aut re;
Mutua c lis ſilet; invito nec Patre ſit Actrix,
Integra cui perſona deeſt, niſi copia detur.

b Patria poteſtas quoad primam originem eſt à Iure naturali, vel Gentium, quod à lumine naturali procedit, ut ſupra dictum eſt, quo Pater tenetur Filium regere, Filius Patri obſequi; quoad alios effectus à jure civili proceſſit, ſic primò, ut ſervet Patrisfamiliam; ſecundò, ut dicatur ſuus, ex quo Patris defuncti bona, tamquam ſua vindicat, unde ſi Pater in Teſtamento extraneum hæredem inſtituat, filiumque prætereat, ipſam non inſtituens, nec exhæredans ex juſtis cauſis, ſcilicet quia graviter injurioſus ſibi fuiſſet, Teſtamentum eſt nullum, cùm non poſſit dari alius dominus bonorum paternorum, niſi filius legitimè excludatur, *ut in Auth. Ut cùm de Appell. cognoſcitur*, §. *Aliud*.

c Inſuper non poteſt dari lis inter Patrem, & Filium, cùm pro una perſona reputentur, *L. lis nulla, ff. de Iudic.* & quià filiusfamilias non habet integram perſonam, non poteſt ſine authoritate Patris, vel Iudicis licentia lites agere. *L. ult.* §. 1. *C. de bonis, quæ lib.*

De

Digitized by Google

De Nuptiis.
Titulus X.

PRima [a] Poteſtatem faciunt connubia Patri,
Mutua queis viri, & uxoris conjunctio, ſolvi
Omninò impatiens, Divinæ Jura viciſſim,
Humanæque Domus, ſociali fœdere nectit.
Error, [b] Conditio, Votum, Cognatio, Crimen,
Cultus diſparitas, vis, ordo, ligamen, honeſtas,
Si ſis affinis, ſi fortè coire nequibis,
Si Parochi, & duplicis deſit præſentia teſtis,
Hæc facienda vetant connubia, facta retractant.

a Prima cauſa Patriæ Poteſtatis ſunt Nuptiæ, vel Matrimonium, quod definitur Viri, ac Mulieris conjunctio, Divini, & humani Juris communicatio individuam vitæ conſuetudinem continens.

b Hæc ſunt, quæ partim impediunt, partim etiam dirimunt Matrimonium, de quibus ſingillatim agendum eſt.

Error.

FÆdus, [c] ubi rerum fallit ſubſtantia, nullum eſt,
Aut ubi conditiò fieret ſæviſſima Patri,
Ancillam velut Ingenuę ſi nomine ducas,
Servit enim proles Domino, ni ſponte Maritus
Conſcius uxorem commixto ſanguine novit.
Cætera, ceù virgo, locuples, formoſa, puella
(Ni aſſenſum omninò feriant, cui nulla daturus
Vota foret Conjux) ſervant errata ligamen.

c Error circà ſubſtantiam dirimit Matrimonium, ſi ſc. volens ducere Cajam, duxerit per errorem Bertam; idem eſt, ſi error ſit circà qualitates, quæ redderent Patris conditionem graviſſimam, ut ſervitus ignorata, cùm enim Partus ſequatur ventrem, filii naſcerentur ſervi, niſi poſt cognitam ſervitutem rem cum illa habuerit. Error autem circa alias qualitates regulariter non vitiat Matrimonium, niſi eſſent omninò requiſitæ, ut ſine illis Matrimonium nullatenus fuiſſet contrahendum, ità enim, quamvis non attingerent ſubſtantiam perſonæ, pertinent ad ſubſtantiam conſenſus.

Conditio.

COnditio incerti eventus, [d] quæ diſtrahit actu
Oppoſito aſſenſum, ceù *contraho ſi mihi centum Des, alias non contracturus*, inania reddit

d Conditiones appoſitæ in Matrimonio, ſi fuerint reſolutivæ in contrarium eventum

eventum, annullant Matrimonium, quamvis poſt illud verificentur, niſi poſt ſequatur ratificatio contractus, cùm enim potuiſſet non verificari conditio, non haberet Matrimonium omnimodam indiviſibilitatem, quæ eſt de illius ſubſtantia, ità ſi quis dicat: *Contraho ſi dederis centum, alias non contraho*, illa enim libertas non tradendi reddit conſenſum diviſibilem.

Fædera, nec poſt conjugium res tradita vires
Conciliat, ni mox iteratus adhæret utrinque
Conſenſus, peccavit enim ſubſtantia, ſolvi
Scilicet omninò impatiens, cui prorsùs obeſſet
Libertas non tradendi. Par diſſona [a] proli,
Aut Fidei diſpar, veluti conventus adulter;
Si, quam Jura vetant, quamvis extrinſeca formæ
Conjugii, ut furtum, placeat, nec protinùs abſit
Conſenſus, cadit, ac puro quaſi nomine fædus
Contractum ſtabit; ſequitur quæ viribus impar
Naturæ foret, *ut concepta chymæra*, vel ipſo
Facto excluſa, velut *digito contingere Cœlum*.

a Ità etiam annullant Matrimonium conditiones contra generationem prolis, vel contra Fidem, ut Adulterium. Cæteræ verò conditiones, quæ non tangunt ſubſtantiam Matrimonii, ſed ſolùm ſunt, vel illicitæ, vel impoſſibiles, tàm natura, quàm ipſo facto, reijciuntur, firmo remanente Matrimonio, niſi conſenſus omninò deficeret. *Cap. fin. de condit. app.*

Votum, & Ordo.

b Votum duplex eſt, alterum ſimplex ſine ſui traditione in manibus Superioris acceptantis vice Dei, & hoc ſolùm impedit Matrimonium, non tamen dirimit, ità ut, quamvis illicitè petat, teneatur tamen reddere debitũ. Solemne alterum per ſui traditionem, ſive expreſſum per Profeſſionem Religionis approbatæ, ſivè tacitum per Sacrorum Ordinum ſuſceptionem. Quòd ſi votum fiat poſt contractum Matrimonium, non poteſt Conjux ſuo jure privari, qui ſi alteri voventi conſenſerit, tenetur etiam profiteri, niſi excuſaretur adverſa ægritudine, vel ſenectute, ut nullum timeatur incontinentiæ periculum, ut habetur *in Cap. 5. & ſeqq. Qui Clerici, vel voven. Argum. ex Cap. ex parte de conver. Conjug.*

b Votum ſimpliciter vinctus, ſi contrahat, eſto
Exigat illicitè, valido tamen utitur Uxor,
Jure petens; at ubi voto ſolemnis adhæret
Traditio, prohibet ſimùl, & contracta reſolvit
Fædera; vel tacito, ceù Presbyter, ore ſpopondit,
Vel dedit expreſſo Profeſſus nomine votum.
Ante tamen conventa ſuo connubia conſtant
Robore, quo reddat, defuncta uxore ſuperſtes
Vota ſoluturus. Verùm ſi mutuus adſit
Conjugis aſſenſus, Sacris accedat uterque,
Ni gravis excuſet morbus, ſeù longior ætas.

Co-

Cognatio.

LInea ſi recta eſt, [a] Conjugi fœdera nunquam
Permittit Conſanguinitas, & facta reſolvit,
Poſt quartum conventa gradū tranſverſa tuetur.
Filiam [b] adoptivam genitor non ducit adoptans,
Nec Patruus Neptem, Fratri non junge Sororem,
Atque Nepoti Amitam, legis niſi vincula ceſſent.
Spirituale etiam [c] Sacra parturit Unda ligamen,
Carnale impediens, quo ſe copulare puellæ,
Et Matri nequeat cum baptizante Patrinus.

a Matrimonium in nea recta ſemper irtum eſt inter Conguineos; in linea erò tranſverſali uſq; d quartum gradum ncluſivè.

b Cognatio legalis riens ex adoptione mpedit Matrimonium inter Patrem, & Filiam adoptivam, etiam ſequuta emancipatione; at inter tranſverſales impedit uſque ad emancipationem, *ut hic in* §. 1. *& ſeqq. & in* 30. *quæſt.* 3. *cap.* 1. 2. *&* 6.

c Ex Baptiſmo, vel Confirmatione etiam oritur Cognatio Spiritualis impediens, & irritans Matrimonium inter baptizantem, & baptizatum, ejuſque parentes, & inter hos cum Patrino, quod procedit in baptiſmo ſolemni.

Crimen.

INterdum [d] prohibet Crimen connubia, Sponſæ
Alterius veluti raptor, nec ducere raptam,
Neve alii poterit licito ſe jungere nexu.
Affidet immerita feriat ſi cæde maritus
Uxorem, vel Præsbyterum; ſolemniter & quos
Pœnitet, & Conſanguineis carnaliter hærens
Conjugis. Hi thalamum nequeunt ſociare jugalē,
Sed cōtractus Hymen conſtat; Quandoq; ligamen
Et vetat, & dirimit, veluti ſi, mutua poſtquam
Conjugii fuerint ſecum data verba futuri,
Conjugis interitu ſceleratas jungere tædas
Conveniant, fruſtra coeunt; vitianſque ſolutam
Spondeat elata ducturum uxore maritus,
Invalidis jungit votis; raptamque puellam
Donec habet raptor, nullo ſibi fœdere nectit.

d Crimina aliqua ſolùm impediunt, aliqua etiam dirimunt Matrimonium. Impediunt raptus alienæ ſponſæ, ut eum nulla poſſit contrahi. *Cap. ſtatutum* 27. *q.* 2. *Sanch. de Matrim. lib.* 7. *q.* 12. *n.* 13. Item Uxoricidium, vel Præsbyteri interfectio. *Cap. Interfectores* 33. *q.* 2. Item ſolemniter pœnitentes non poſſunt Matrimonium celebrare. *Cap.* 2. *de pœnit. & remiſſ.* Item inceſtus cum Conſanguineis Conjugis. *Sāch. ubi ſup. diſp.* 15. Dirimunt verò conſpiratio in mortem Conjugis dato verbo de Matrimonio ſecum contrahendo poſt obitum Conjugis, cujus de facto ambo ſint rei. *Cap.* 1. *de Converſ. Infid.* Item Adulterium cum promiſſione Matrimonii poſt obitum Conjugis, quamvis ſine conſpiratione. *Cap.* 6. *de eo, qui duxit in matrimonium, quam polluit per adulterium.* Item raptus puellæ ad finem Matrimonii contrahendi (ſecùs ſi ad libidinem, quamvis enim ſit gravius peccatum, non tamen attinet ad Matrimonii liber-

Digitized by Google

libertatem infringendam, quam omninò requirunt Canones) impedit, & dirimit Matrimonium, donec mulier rapta manet in poteſtate raptoris. *Trid. ſeſſ. 24. de reform. cap. 6. Sanchez ubi ſup. diſput. 16.*

Cultus diſparitas.

ET vetat,[a] & dirimit Fidei ſubſtantia prima
Conjugibus non æqua Thorum: quos proluit unda
Impedit, haud dirimit diſpar connubia cultus.

a Matrimonium inter baptizatum, & non baptizatum eſt nullũ; ſi verò uterque ſit baptizatus, & varient in aliquo articulo, impeditur quidem, ſed non dirimitur. *Cap. Cave cum ſeqq. 28. q. 1.*

Vis.

ASſenſum [b] gravis expellens metus irrita reddit
Fædera, ni fruſtra timeas, vel Jure coactus.

b Matrimonium per vim contractum eſt nullum, deficiente conſenſu, niſi, vel vanus ſit timor, vel juſtè incuſſus.

Ligamen.

ALterius [c] thalamum voto deſponſa futuro
Ritè vetat mulier, præſenti nupta reſolvit.

c Sponſalia de futuro impediunt, ſed non dirimunt aliud Matrimonium; ſecùs verò Matrimonium de præſenti, quod etiam dirimit.

Honeſtas.

NUbere [d] Tutori Civilis abhorret honeſtas
Pupillam; Curatori nec jungit Adultam,
Neve Magiſtratum Libertam ducere fas eſt.
Sed prohibet juxtà Canones, & frangit honeſtas
Nè ducas, tua quem primo ſponſalia tangunt,
Quamquam extincta, gradu, veluti cum fratre Parentes.
At ſi verba ratum dederint præſentia fædus,
Invalido quamvis nexu (niſi fortè jugalis
Defectu aſſenſus peccet, quem reſpuit error)
Nec quarto cognata gradu connubia ſervat.

d Impedimentum publicæ honeſtatis de Iure Civili impedit Matrimoniũ inter Tutorem, & Pupillam, Curatorem, & Adultam, inter Magiſtratũ, & Libertam, ſed de Iure Canonico (quod attendendum eſt) impedit Matrimonium cũ Conſanguineis ſpõſæ in primo gradu, & in

Si

Matrimnnio rato, nec conſumato uſque ad quartum gradum, etſi Matrimonium nullum, niſi nullitas oriatur ex defectu conſenſus, puta per errore m circa perſoam, & hoc impedimentum durat etiam reſolutis ſponſalibus.

Si ſis Affinis.

[a] COnjugis Agnatis Affinis dicitur Uxor,
Et contrà vir, conjuncti poſt corporis uſum;
Par injuſta Venus, quarto tamen impedit ille,
Reſcinditque gradu; vetat hæc, dirimitq; ſecundo.

a Affinitas viciſſim contrahitur cum Conſanguineis Conjugum, habita inter hos copula, uſque ad quartum gradum impediens, & dirimens; ſi verò copula ſit illicita uſque ad ſecundum. *Trident. ſeſſ.* 24. *de reformat. cap.* 4.

Si Forte coire nequibis.

[b] SI vir natura, morbo, vel fraude ſit impar,
Carmina vel teneant, trino nec profuit anno
Hypochrates, cauſa veluti peccante peremni,
Conjugium cadit, ergo novo ſe jungere nexu
Fas eſt Uxori, Vires, niſi fortè, priori,
Natura inſtaurante, foret dein apta marito.

b Si Vir, vel naturaliter, vel adverſa valetudine, vel alicujus malitia, vel arte malefica impotens fuerit debito matrimoniali reddendo, & per triennium non profecerint medicamenta, cenſetur impedimentum perpetuum, & Matrimonium erit nullum, ità ut Uxor poſſit alii nubere, eo quia Matrimonium eſſentialiter debet concedere poteſtatem reciprocam ad uſum corporis, quæ cum ſit impoſſibilis in illo caſu, nulla poteſt eſſe obligatio, & conſequenter Matrimonium deficit in ſua ſubſtantia. Quòd ſi deindè naturaliter primus Vir fiat potens, inſtauratur prius Matrimonium, Eccleſia enim, quæ declaraverat nullum, innixa erat falſæ præſumptioni perpetuitatis impedimenti, & ſecundum Matrimonium erit nullum. *C. fraternit. de frigid. & maleficiat. Sanch. ubi ſup.*

Si Parochi, &c.

[c] TAndem legitimè vulgato Fædere, binos
Exige cũ Parocho, ut valeãt cõnubia, Teſtes.

c Exigit Tridentinum, ut in tribus diebus feſtivis fiant denunciationes in Eccleſia ad hoc, ut ſi adſit aliquod Canonicum impedimentum, reveletur. Id autem ſub pœna peccati mortalis. Præſentiam etiam Parochi, ac duorum Teſtium ad validitatem Matrimonii, ut in *Seſſ.* 24. *de reformat. cap.* 1.

Sed [d] licet Imperium, Civili Jure, paternum
Filius, & bis ſeptenos duxiſſe per annos
Ætatem expectet, proli tamen apta ferendæ
Tem-

e De Jure Civili exigitur, pro validitate Matrimonii filiifamilias, conſenſus paternus,

Digitized by Google

Tempora dumtaxat Canones emenſa requirunt;
Nec fruſtrà (quamvis peccet) ſi patris abeſſet
Conſenſus, Thalamum ſoboles componere tẽtat,
Ni qua Tridentini Regio decreta recuſet.

nus, & ætas quatuordecim annorum in mare, & duodecim in fœmina. De Jure verò Canonico, quamvis eadem ætas requiratur, limitatur tamen malitia ſupplente ætatem, qua vir ſit aptus generationi, & mulier ſit viri potens, nec conſenſus paternus exigitur ad validitatem, niſi in qua Regione Tridentinum non fuit acceptatum.

Nulla ex [a] illicitis Dos, vel donatio votis,
Non conjux eſt, legitimo neque Jure potitur
Edita progenies, tamen id Profeſſio, Princeps,
Fædus & inde ſequens, ſervata lege, Parentum
Conciliat, niſi quam primò procreavit Adulter
(Cui Conſanguineus, vel Matri affinis adhæret)
Alterutrique ignota gradus conjunctio parcit.

a Si Matrimonium contra prædictas regulas contrahatur, nullum eſt, & nulla dos, vel donatio propter nuptias. Contrahentes non dicuntur veri Conjuges, & proles nõ erit legitima, quamvis poſſit legitimari, vel per Profeſſionem Religionis approbatæ, vel per reſcriptum Principis, vel per ſubſequens legitimum Matrimonium inter parentes, niſi ex adulterio concepta fuiſſet, vel aliter inter illas Matrimonium conſiſtere non potuiſſet; puta ſi fuiſſent conſanguinei, vel affines, nec toto tempore à conceptione uſque ad nativitatem obtenta fuiſſet diſpenſatio. *C. tanta qui filii ſint legitimi*. Si autem alter ex Conjugibus ſit in bona fide, proles legitima pronunciatur.

De Adoptionibus.
TITULUS XI.

[b] LEgitimam Naturæ Affinis Adoptio prolem
Supponit Patris imperio, cui ſcilicet ortu
Civili ſoboles paritur; quod reſpuit ergo
Natura Genitor, renuit quoque adoptio, tempus,
Conditio incerti eventus, modus omnis abeſto.

b Patria Poteſtas, non ſolùm ex Matrimonio oritur, ſed etiã ex adoptione, quæ dicitur actus legitimus, quo ad naturæ ſimilitudinem aliquem in filium eligimus. Sicut ergo non poteſt naturaliter dari filius ad tempus, ſub conditione, vel ſub modo; ità neque per Adoptionem. *L. Actus legitimi, ff. de verb. ſignif.*

Civilem [c] duplex Patri communicat ortus
Progeniem, nam quæ Juri ſubducta paterno eſt,
Arrogat, Imperio regitur quæ Patris, adoptat.
Hi longo variant ſecum diſcrimine, Primus
Exigit optandæ præſens, cum Principe, votum
Pro-

c Adoptio duplex eſt, altera dicitur Arrogatio, qua adoptatur in filium, qui ſui juris eſt; altera dicitur adoptio in ſpecie, qua adop-

Prolis, ut abſentem fruſtrà Pater arroget abſens,
Cauſa dein pateat, ſobolem nè moribus impar,
Aut inhians opibus genitor ſibi legibus addat;
Id poſtquam fuerit conventum utrimq; cavebit,
Si priùs acciderit fato concedere Prolem,
Quàm pupillares ætas exegerit annos,
Agnatis bona ceſſurum,quæ acceperat,aut quem
Natura Pater hæredis in Jura vocaſſet.

adoptatur aliquis exiſtens ſub Patria Poteſtate. Primus modus requirit præſentiam, & conſenſū ipſius filii, & Principis, juſtam arrogandi cauſam, & cautionem idoneam Patris arrogantis, ſe in caſu mortis filii arrogati ante ejus pubertatem redditurum ipſius bona, vel ipſius Conſanguineis, vel ſubſti tuto pupillari, ſi pater naturalis in ſuo teſtamento reliquit, nec illum ſe fore eman cipaturum ſine juſta cauſa, & Judicis decreto, & in eo caſu redditurum bona, quæ acceperat, aliàs quartam partem ex propriis bonis additurum, ut hic *in* §. *Cum aut em,& ſeq.*

Si Pater [a] optetur,ſua cui ſubjecta propago eſt,
Legitima pariter gaudent ſuitate Nepotes,
Qua non immeritò (Judex ubi ſcilicet Author
Acceſſit cauſæ)proles dimiſſa,Parenti
Quæ priùs obtulerat,repetit;ſi ab Jure Rogator
Exueret,proprio moriens & ab ære quadrantem
Addito. Præteritis aliter concede querelam.

a Si arrogatur Paterfamilias, qui habet filios in ſua poteſtate, hi etiam tranſeunt in poteſtatem Avi arrogantis, & eidem ſunt ſui hæredes, ut hic *in* §. *Illud proprium*.

Poſterior [b] Gradus optanti ſi lege Nepotem
Jungeret, è prima genitum quaſi prole,paterno
Quam tenet Imperio Natura, aut legibus,addat
Hujus & aſſenſum,medii quaſi Patris,adoptans,
Ne premat invitum ſuitas quæſita Nepoti.

b Si Pater habens filium in Poteſtate tàm naturaliter,quàm civiliter per antecedentē adoptionem, velit aliquem ſibi arrogare in gradum Nepotis, tamquam deſcendentis ex illo filio, qui in hoc caſu eſt tamquam medians pater, exigitur hujus cōſenſus,nam Nepos arrogatus acquireret jura ſuitatis erga ipſum filium, qui proindè teneretur illum inſtituere, & ad alia onera Paternitatis,quod non poteſt permitti in invitum, ut hic *in* §. *Sed ſi quis Nepotis*.

Altera [c] adoptandi ſpecies non juſſa moratur
Principis,aut Nati, tantùm mandata Parentis
Expectat naturalis, neque cautio Patris
Legitimi exigitur, concedunt quippè paternis
Conſiliis leges; Patriæ neque adoptio mutat
Jura Poteſtatis, ſed ubi Maternus adoptat,
Sivè paternus Avus,proavuſque,aliique Nepotē,
Aut ubi vel Teſtamento deſcribitur hæres,
Aut inteſtato Patri ſucceſſor adhæret,

c Adoptio in ſpecie, qua adoptatur aliquis exiſtens in Poteſtate ſui Patris naturalis, non exigit conſenſum ipſius filii, nec Principis, ſed ſolius Patris naturalis, cui lex confidit, nec requiritur cautela Patris adoptantis, aut cauſæ co-

Digitized by Google

Præterito nullam concedunt Jura querelam.

cognitio, nec filius adoptatus tranſit in poteſtatem adoptantis, niſi ab Avo, vel Proavo ſivè paterno, ſivè materno adoptaretur, quamvis ſuccedat ipſi adoptanti, vel ex Teſtamento, vel ab inteſtato, non tamen contrà Teſtamentum, itàut, ſi fuerit præteritus, non poſſit per querelam reſcindere Teſtamentum, ut hìc *in* §. *Sed hodie*.

Sed nec [a] adoptandi plena eſt cuicumq; facultas,
Nam, cui Natura pugnat, vel Jure propago,
Civili quoque deficiet ſub nomine Proles,
Ergo nec utiliter gnatum ſibi Presbyter optat,
Conjugium cui Jura negant, nec protinus impar
Ad ſobolem Eunuchus procreandam. Admitte ſpadonem,
Cui vetat ad tempus fœtum producere caſus.

a Qui vel naturâ, vel jure non poteſt filios generare, ut Eunuchus, vel Sacerdos, neque poteſt filium adoptare. Spado verò poteſt, cujus impedimentum non eſt perpetuũ, ut hìc *in* §. *Sed & illud*.

Par [b] Genitor, plenæ quem pubertatis ad annum,
Quo præcat gnatum, nondum provexerit ætas;
Fœmina inutiliter, ſuitas cùm deſit, adoptat,
[c] Excipe Reginam; [d] ſervo ſi lege Parentem
Se Dominus dederit, tacito quoq; munere ſolvit.

b Pater adoptans debet plena pubertate, hoc eſt decem, & octo annis præcedere ætatẽ filii adoptati, ut hìc *in* §. *Minorem natu*.

c Mulier cùm non habeat filios in poteſtate non poteſt adoptare, adoptio enim ſemper Patriam Poteſtatem quoad aliquos effectus operatur, excepta Regina.

d Si Dominus adoptaret proprium ſervũm in filium, cenſetur priùs tacitè manumittere, ſervi enim non ſunt capaces Juris Civilis, ac proindè cenſentur antecedenter manumitti, ut hìc *in* §. *fin*.

Quibus modis Jus Patriæ Poteſtatis ſolvitur.

TITULUS XII.

[e] QUam natura Patri, Jus aut Civile, creavit,
Dextruitur tùm natura, tùm jure Poteſtas.
Solvit natura interitus genitiq; Patriſque.
Si fato conceſſit Avus, medioque ſuperſtes
Sit cum Patre Nepos, vivens nec ſolverat illum
Imperio, proprii cadit hìc in Jura parentis.

e Patria Poteſtas oriens vel natura ex nuptiis, vel jure per adoptionem, deſinit vel naturaliter, vel civiliter. Naturaliter quidem per obitum ſivè Pa-

Par

Patris, ſivè filii; moriente autem Avo, relictis filio, & nepote, qui ambo in poteſtate Avi fuerant, nec Avus filium emancipaverat, nepos incidit in poteſtatem ſui Patris, ut hic *in verſ. Mortuo verò Avo*.

Par [a] quem perpetuò ob crimen ſejungit ab Urbe
Inſula, Civili ſceleris quaſi noxa luatur
Interitu, nec Jus repetit, ſi pœna remiſſa eſt,
Sed, vel ubi Princeps omninò priſtina reddit,
Culpa vel ad tempus tantùm patrata relegat.

a Civiliter verò deſinit, ſi pater ob crimen deportetur perpetuò in Inſulam, cenſetur enim civiliter mortuus, niſi ex Principis indulgentia fuerit ad omnia reſtitutus, ſecùs vero ſi tantùm pœna fuerit remiſſa, ut hìc *in* §. 1. *argum. ex l. 1. & ſeqq. C. de ſententiam paſſis*. Relegatus verò, qui ad tempus, & proſcriptus, qui non ad certum locum deſtinatur, retinent Patriam Poteſtatem, ut hìc *in* §. *cùm autem, verſic. Relegat*.

Defuncto [b] Pater aſſinis, quem juſta triumpho
Prælia ſupponunt, cum libertate paternum
Exuit Imperium; ſed ab hoſte reverſus utrumque
Jure petit Poſtliminii, quaſi vincula nunquam
Paſſus; ubi fato ſervus conceſſerit, antè
Fingitur extinctus, bello quàm vicerit hoſtis.

b Item tollitur Patria Poteſtas, ſi Pater fuerit captus in juſto bello, ſed ſi revertatur ab hoſtibus, recuperat jure Poſtliminii; ſi verò ibidem deceſſerit, fingitur mortuus per horam antè captivitatem, ut hìc in §. *Si ab hoſtibus*.

Solvit, [c] & ipſe ſuam Genitor vel mãcipet ultrò,
Seù prolem exponat, decimum vel utriq; per annũ
Diſtincti placuere lares. [d] A Principe ſummus
Patritii collatus honor, quaſi munere Patris
Oblato, ut Patriam tueatur, vincula ſolvit
Naturæ, cui Decurio cum Præſule adhærent.

c Item tollitur Patria Poteſtas per voluntariam Patris emãcipationem, vel ſi Pater filium exponat, vel uterque per decenniũ ſeorſim habitaverint, ut hìc *in* §. *Præterea*, *& in Cap. 6. de Infant. Expoſ.*

d Honor Collateralis Conſiliarii Principis, vel Patritiatus, quo filius deputatur à Principe quaſi Pater Patriæ, eximit à Poteſtate Patris naturalis. Idem eſt in Decurione, vel Epiſcopo, ut hìc *in* §. *Filiusfamilias*.

De Tutelis.
TITULUS XIII.

[e] QUos infirma ætas fallit, Vis, atque Poteſtas
Ingenuo Capiti data, vel permiſſa, tuetur,
Quippè vel inſtituit moriẽtis pagina, Tutor

e Tutela definitur Vis, ac poteſtas in Capite libero ad tuendũ eum, qui propter ætatem

Digitized by Google

tem ſe defendere nequit, jure civili data, atque permiſſa; Tutor ſiquidem, vel datur à Teſtatore, vel eo deficiente, a Jure, vel à Judice.

Lege vel accedit, vel Judice dante miniſtrat.
Sed [a] licet Imperio proles addicta paterno
Teſtati Tabulis Tutorem ſola parentis
Omninò accipiat, Patriæ tamen ante ſoluto
Jure Poteſtatis, Genitori adjungito votum
Prætoris, poſtquam ratio diſcreta bonorum
Pupilli patuit; concedunt Jura paternis
Conſiliis, commiſſo oneri niſi fama ſit impar;
Si jubeat Genitrix Tutorem, inquirito mores.

a Quamvis ſolus Pater poſſit in Teſtamento relinquere Tutorem filio in poteſtate exiſtenti, ſi tamen reliquerit filio emancipato, debet confirmari à Judice, ſolis rebus Pupilli fideliter adnotatis. Si verò relinquatur à Matre, exigitur inquiſitio circa mores Tutoris, lex enim non tàm Matris, quàm Patris conſiliis tribuit, niſi ex fama conſtaret nequitia Tutoris à Patre relicti; *ut in l.1.& 2.ff. de confirm. Tutor. & l. naturali, ff. eodem*.

Quē [b] moriens expreſſit Avus, cui fortè ſuperſint
Filius, atque Nepos, ſuitas contracta repellit.

b Si relinquatur Tutor ab Avo ſuo Nepoti in caſu, quo hic reincideret in poteſtatem ſui Patris, ut ſupra dictum eſt, ceſſat Tutela, quia à proprio Patre defenderetur, *ut hic in §. 3.*

Qui Teſtamento Tutores dari poſſint.
TITULUS XIV.

[c] Tutorem inſtitui, patrio, vel Jure gravatum,
Vel proprio utentem, fas eſt; ſervumq; ſciēter
Si Dominus proli adijciat, ſolviſſe ligamen
Cenſetur (non ſic errans), qua ex aſſe relicta
Hærede, exuitur directo munere ſervus.
Additus ex fideicommiſſo liberat hæres.

c Tutor poteſt eſſe filiusfamilias, vel ſui juris; quòd ſi ſervum Dominus ſcienter relinquat Tutorem ſuis filiis, cenſetur manumittere. Quæ manumiſſio cenſetur directa ab ipſo Patre Teſtatore, ſi filios pupillos univerſales hæredes inſtituat, quarè ille ſervus non tenetur ad Juſpatronatus; ſi verò cum filiis addatur alius cohæres, cenſetur hic gravatus fideicommiſſo libertatem dare. Ratio eſt, quia filii pupilli non poſſunt manumittere ſervum, qui non habent ætatem legitimam, nec iſta cauſa fuit legibus ſcripta, ut ſuprà dictum eſt, meritò, cùm non adſit alius cohæres, qui manumittat, manumiſſio eſt directa ab ipſo Teſtamento, ſeù Teſtatore, & ita conciliantur *Textus hic in §. 1. & l. etſi non adſcripta C. de fideicommiſſ. libert.*

Ad certum [d] tempus Tutorem, ex tempore certo,
Et purè Pater, & ſub conditione relinquit,
Diſcretis nequit in rebus, niſi longiùs abſint.

d Item poteſt dari Tutor ad certum tempus, quo finito deſinat, vel ex certo tempo-

Fi-

Digitized by Google

pore, quod expectandum eſt; Item purè, vel ſub conditione, non tamen ad certa bona, niſi longè ſita, *ut hic in §. ad certum tempus*.

Filio, [a] ubi Tutor datus eſt, hac excipe primum
Dumtaxat ſub voce gradum: ſi liberi haberent,
Defuncti vel poſteritas, concede ſecundo.

a Si Pater relinquat Tutorem filiis ſuis, non cenſetur relinquere Nepotibus: ſi verò dicat liberis ſuis, vel poſteris, cenſetur relinquere etiam nepotibus, *ut hic in fine*.

De legitima Agnatorum Tutela.
Titulus XV.

[b] SI nullum proli genitoris vota dedere
Tutorem, ſimùl Agnati una lege vocantur,
Cognatique ad onus, quos & ſuccedere gaudet
Par Jus pupillo, dempto diſcrimine ſexus,
Quo conjungũtur. [c] Tutricem admittito Matrẽ,
Atque Aviam tantùm latere ex utroque Nepoti,
Quas replicatus hymen cõmiſſo è munere pellit.

b In defectum Tutoris teſtamentarii, dat lex Tutorem Conſanguineum, ſivè Agnatum, ſivè Cognatum, abſque diſcrimine ſexus, ex quo conjunguntur, ſicuti abſque eo vocantur ad ſucceſſionem, ut libro 3. dicetur.

c Sola Mater, & Avia tùm paterna, tùm materna poſſunt eſſe Tutrices, aliæ mulieres non poſſunt, & ſi tranſeant ad ſecunda vota, amittunt Tutelam. *l. uni. C. quando mulier tutelæ officio fungi poſſit*.

De Capitis diminutione.
Titulus XVI.

[d] DIminui Caput accipias cecidiſſe priori
E ſtatu; & huic ſummum Romani Civis adẽptus
Fert honor, extincta cum libertate, gravamen:
Ceù, quem damnat atrox pœnæ ſententia ſervũ,
Vel ſe concedi pretio convenerit, auri
Partem accepturum, læſo vel Jura Patrono
Noxius immerito libertus crimine reddit.
Ingenui maneat ſi lex, amiſſa Minori
Urbs Genere, aut medio minuit, quã culpa reatu
Perpetuo damnata negat, diſtinctaque pœnis
Inſula ſupponit noxam. Si utroque manente
Jure

d Capitis diminutio eſt prioris ſtatus mutatio in pejus. Hæc autem triplex eſt. Prima dicitur maxima Capitis diminutio, per quam quis ſpoliatur Civilitate Romana, & libertate, quod accidit in eo, qui ob atrocitatem Criminis declaratur ſervus pœnæ, vel qui patitur ſe venundari ad pretium partici-

Jure,ſtatus tantum fuerit variata prioris
Conditio,leviter minuit,cùm ſcilicet ultrò
Se dat adoptandum proles exuta paternis
Legibus,aut contrà Genitor dimiſerit. [a] Impar
Fit prima ſpecie Tutor,mediaque minutus,
At Cōſanguineum levior quoque forma repellit.

cipandum, vel in liberto, qui ob ingratitudinem revocatur in ſervitutem. Altera ſpecies dicitur media, vel minor, qua retenta libertate amittitur Civilitas Romana, quod accidit in eo, qui ob delictum deportatur perpetuò in Inſulam. Tertia ſpecies dicitur minima, ſi retento utroque Jure, libertatis ſcilicet, & Urbis Romanæ, ſuæ Domus Jura amittit, quod accidit in eo, qui cùm ſit ſui Juris, dat ſe arrogandum, tranſit enim in domum, & poteſtatem Patris arrogatoris, *ut hic in principio*, & §§. *ſequen.*

a Si accidat Tutorem pati primam, vel ſecundam ſpeciem diminutionis, removetur à Tutela, Cōſanguineus verò, etiam ſi tertiam, ut infrà. *Quibus modis tutela finitur* §. 4.

De legitima Patronum Tutela.
TITULUS XVII.

[b] SI deſit Tutor liberto hærede carenti
Legitimo, in Jus admittas cum Prole Patronū.

b Deficiente Tutore libertis pupillis, vocantur Patronus, & illius filii. *L. 1. ff. de legit. Tutoribus.*

De Legitima Parentum Tutela.
TITULUS XVIII.

[c] LEgitimo Genitor pupillum Jure tnetur,
Vincla Poteſtatis cui ſunt dimiſſa paternæ.

c Si filius impubes ſit extrà Patris poteſtatem, ſi ſcilicet ejus Pater fuerit ab Avo vivente emancipatus, Pater erit ejus Tutor legitimus à lege conſtitutus, ut hic, cui ſimilis Conſanguineus, *ut in titulo ſeq.*

De Fiduciaria Tutela.
TITULUS XIX.

CUi Conſanguineus defuncto proximus hæret.

De

Digitized by Google

De Attiliano Tutore.

TITULUS XX.

a Deficiente Tutore teſtamentario, & legitimo, ſivè pendente conditione, vel tempore, in quo fuit relictus Tutor, interim ſupplet Judex, ſi in Pupillum habeat Juriſdictionem.

AGnato ceſſante, ſuo vel munere juſſam[a]
Sive diem, caſum ſivè expectante futurum,
Supplet, ubi Iuris fuerit par dictio, Iudex

De Authoritate Tutorum.

TITULUS XXI.

b Quamvis Pupillus non poſſit validè contrahere abſque authoritate Tutoris, id tamẽ intelligitur quoad obligationem ipſius pupilli, at verò quoad obligationem alterius, qui cum pupillo contrahit, valet cõtractus, undè claudicat. Hoc tamen non habet locũ in aditione hæreditatis, vel directæ, vel fideicommiſſariæ, vel bonorum poſſeſſionis Prętoriæ, id enim non poteſt ſine Tutoris authoritate à pupillo agi, quamvis hæreditas lucroſa ſit, *ut hic in principio, & §.1.*

QUÆ fruſtrà Impubes ageret, cùm firmior ætas
Abſit, legitimè gerit ejus nomine Tutor.
Mutua,[b] ſed quamvis contracta negotia nunquã
Pupillum feriant Tutore abſente, ligatur,
Qui cum rem geſſit, Major, velut Emptio, Pignus,
Depoſitum. Tamen hæredem ſi verba vocaſſent
Directa, aut obliqua, ſuo vel jure bonorum
Poſſeſſum ferret Prætor, ſucceſſio quamvis
Proſit, ne quidquam impubes injuſſus adiret.

c Conſenſus Tutoris non poteſt ſubſequi, nec in abſentia exhiberi, ità ut ejus ratificatio non confirmet contractum pupillarem, qui ab initio nõ valuit, *ut hic, & §. 2.*

Nec[c] vires, conventa ratum ſi deindè probaret
Pignora, conciliat, nec munere fungitur abſens.

d Interdum nec ſufficit authoritas Tutoris, ſed requiritur decretum Judicis, ut in alienatione rerum ſtabilium, vel mobilium pretioſarum, *l. lex quæ Tutores, C. de adminiſtratione Tutorum.*

Similiter ſi lis, vel contractus ſit inter pupillum, & Tutorem, hic non poteſt eſſe in rem ſuam Author, ac proinde ſuſpenditur ejus authoritas, & datur à Judice Curator, *ut hic in §. final.*

Sæpè[d] nec utiliter, Iudex ubi deſit, aguntur
Res pupillares, ceù cùm pretioſa, vel agrum
Diſtrahit, aut ipſo res ſit cum impubere, Tutor
Impar quippe ſibi, intereà ſuſpenditur, Author,
Adiectuſque oneri munus Curator adimplet.

Quibus modis Tutela finitur.
TITULUS XXII.

[a] BIs ſexto ætatem ſimùl atque exegerit anno
Fœmina, cui binos addit mas, deſinit ultrò
Tutela. Interitu ſolvit natura, perenni
Inſula vel removens ob crimen ab Urbe reatu;
Servile aut accedat onus; ſi bella triumpho
Supponant, vel adoptandum ſe ſponte dediſſet
Legitimo Patri impubes; ſi adiecta ſupremis
Conditio tabulis, emenſaque tempora pellunt.

a Tutela primò ceſſat ipſo jure adveniente pubertate, ſcilicet duodecim annorum in fœmina, & quatuordecim in mare, *ut hic in principio*. Secundò per mortem ſive naturalẽ, ſive civilem ipſius Tutoris, ſi v. g. fuerit deportatus in Inſulam, vel in ſervitutem, aut captivitatem redigatur; *ut hic in* §. 1. *&* *ſeq.* Tertiò ſi pupillus arrogetur, cùm tranſeat in poteſtatem patris arrogatoris, à quo regendus eſt. Quod ſi ipſe Tutor adoptetur ab alio, extinguitur tutela legitima, non autem teſtamentaria, vel data à Judice, *ut ſupra de Capitis diminutione dictum eſt.* Tandem ſi pendeat conditio, vel tempus elapſum ſit, quo juſſus fuerit Tutelam miniſtrare, *ut hic in* §. 2. *&* 5.

De Curatoribus.
TITULUS XXIII.

[b] ESto puellari provecta ætate ſit Author
In re quiſque ſua, conventi ut Iure ligetur
Contractus pubes, quia ſæpè infirmior annus
Vel propria levitate cadit, vel fallitur arte,
Dat Curatorem Prætor, qui jura minoris
Exigat, ætatem donec produxerit anno
Quinto ad vicenum. Nullum tamen eſto parenti
Arbitrium, tabulis niſi votum Iudicis addas.
Ne quidquam datur invito Curator adulto,
Ni litem patitur. [c] Furioſus, Prodigus, Amens,
Cum ſurdo mutus, morbo preſſuſque perenni
Accipiunt, quamvis major proceſſerit ætas.
Additus [d] interdum Tutori à Præſide munus
Curator ſubit, Agnatus cui fortè ſit impar,
Quive Patri Tutor placuit, vel Iudici, ineptè
Res pupillares (quamvis ſine fraude) miniſtrat.

b Elapſa ætate pupillari contractus minoris valent, cùm poſſit ſua adminiſtrare, cùm tamen fraudibus adhùc pateat, datur à Judice (non autem à Patre, niſi à Judice cõfirmetur) Curator uſque dum pervenerit ad annos vigintiquinque. Invito tamen non datur niſi in litẽ, *ut hic in principio, &* §. 1. *& ſequenti*.

c Furioſi, & alii hic deſcripti, etiam ſi ſint majores Curatorem accipiunt, æquè enim, ac minores, imò magis impediuntur ſua negotia peragere, *ut hic in* §. *Furioſi cum ſeqq.*

d Interdum datur Curator etiam Pupillo habenti Tutorem, veluti ſi Agnatus non eſſet idoneus, nam regulariter habenti Tutorem (qualis eſt Agnatus à lege ad tutelam

Digitized by Google

lam vocatus, ut ſupra dictum eſt) non datur Tutor, vel ſi Teſtamentarius, vel datus à Judice ineptè ſe geſſerit in rebus pupilli agendis, non tamen dolosè, *ut hìc in §. Interdum*, vel etiam ſi agatur inter Pupillum, & Tutorem, ut ſupra dictum eſt *de authoritate Tutorum*.

De ſatisdationibus Tutorum, vel Curatorum.

TITULUS XXIV.

a Tenentur Tutores, & Curatores cautionem dare, rem pupilli, vel minoris ſalvâ fore, ſeque utilia agere, & inutilia prætermittere, ac finita Tutela, computa fideliter reddituros, *ut hìc in principio*. A qua regula excipiuntur Tutores Teſtamentarii, & dati à Judice legitima inquiſitione præcedenti, & aſcendentes.

[a] Pupilli Tutor caveat, Curator Adulti
Rem ſalvam fore; conſultò nec inutile quidquam
Acturos; onere expleto ſua computa reddi,
Excipe quos Genitor, vel Judex ritè dediſſent,
Nec Pater ipſe cavet, nec Avus, Proavuſque Nepoti.

b Onus Tutelæ gravat inſolidum omnes, & ſingulos Tutores, ſi plures ſint, niſi à Judice ad diſcreta bona deputentur. *L. 2. C. de adminiſtrat. Tutorum*.

Si plures [b] oneri ſuccedant, lis premit omnes,
Quilibet ut ſolidum reparet, quà læſerit unus,
Ni bona diviſim, Prætore jubente, tuentur.

De Excuſationibus Tutorum.

TITULUS XXV.

c Prima cauſa excuſationis eſt numerus filiorum, vel nepotum ex filio maſculo, ſiquidem nati ex fœmina ſunt oneri ſuo Patri, non Avo materno. Romæ

[c] Excuſat numerus prolis, quam juſta crearunt
Fœdera (legitimo nil proderit addita Patri)
Tàm primo conjuncta gradu, quã ducta ſecũdo,
Sint modo maſculea geniti de ſtirpe Nepotes.
Roma tribus parcit, quarto Italia, additus extrà
Quintus: nequidquam defuncta Propago tuetur,

Ni Fidei, Regiſque odio cæciderit hoſtis.
Quem [a] triplex tutela premit diſtincta bonorum
Quartam haud immeritò renuit. Gravis unica parcit.
Aſſidet [b] his Judex; Fiſci qui jura miniſtrat,
Quem tenet abſentem Reſpublica, munere nondum
Suppoſito (incæptum patrias rediturus ad Ædes
Tantùm ſuſpendit); graviter cum impubere litem
Exercens; Tutor, ſubeat nè invitus adulti
Ejuſdem Curam; indoctus cum paupere; Conjux,
Quemve ſtatus, patre pupilli certante, gravavit
Quæſtio; Grammaticus, Medicus cum Rhetore, longo
Confectus ſenio, Ægrotans. [c] Ætate minorem
Impar tutelæ removet cum milite munus.
His [d] emēſa tamen nequidquam tēpora parcunt,
Quippè dies indicta eſt quinquageſima (latum
Ex quò novit onus) ſi abſit miliaria centum,
Bis decimo adde diem lapidi, ſi longiùs abſit;
Excipiens quarto cauſam dein menſe probato.

mæ ſufficiunt tres, in Italia quatuor; quinque extrà. Si verò filii ſint defuncti, niſi prò tuenda Fide, Patria, vel Principe, non proſunt, *ut hic in principio.*

a Altera cauſa eſt onus trium Tutelarum cum diſtinctione bonorum, & familiæ, nam Tutela trium fratrum in eadem domo cenſetur unica. E contra ſi una ſit graviſſima, reputatur triplex, & ſic poſſet excuſari, *ut hic in §. Tria onera.*

b Aliæ cauſæ ſunt, ſi quis fuerit creatus Judex, Fiſci Patronus, vel abſit pro cauſa Reipublicæ, dummodo onus Tutelæ non fuerit ipſi impoſitum antè quàm abeſſet; ſecus verò ſuſpenditur uſque ad reditum, ſed non poteſt ſe excuſare omninò. Litigans cum Pupillo; Tutor nè invitus teneatur ad curam ejuſdem, poſtquàm fuerit pubes factus. Item neſciens litteras, Conjux, Pauper, ſenex decrepitus, qui paſſus ſit à Patre Pupilli quæſtionem ſtatus. Grammaticus, Medicus, Rethor, qui publicè in Patria has artes exercent, *ut hic in §. 1. & ſeqq.*

c Minor ætas, & militia removet ab onere Tutelæ, *ut hic in §. Item major.*

d Tutor autem, vel Curator debent infrà legitimum tempus ſe excuſare, aliàs repelluntur. Tempus autem ſtatutum eſt, quòd ſi Tutor abſit per centum miliaria à loco, in quo eſt datus Tutor, vel infrà, poſſit ſe excuſare per quinquaginta dies; ſi diſtantia ſit major, ſingulis viginti miliaribus addatur dies, ex quo noverit onus ſibi injunctum, *ut hic in §. Qui autem vult ſe excuſare.* Propoſitam autem cauſam infrà quatuor menſes continuos probare tenetur. *L. quinquaginta, ff. de excuſat. Tutor.*

De ſuſpectis Tutoribus.

TITULUS XXVI.

[e] HAnc Jus conceſſit cuicumq; patere querelā;
Excipe pupillum, quamvis accuſet adultus.
Fœ-

e Querela ſuſpecti Tutoris eſt publica, ut qui-

Digitized by Google

quilibet de Populo poſſit accuſare, *ut hic in §. Conſequens eſt.* Ipſe tamen pupillus non poteſt, *ut hic in §. Impuberes.* Mulier non poteſt, excepta Matre, Avia, Sorore, Nutrice, & aliis, quas Judex pietate urgeri viderit, *ut hic dicto §. Conſequens.*

Fœmina non agit,at Mater,Nutrixque,Sororq;
Poſtulat, atque Avia, & ſimiles admittito Iudex,
Quas urget Pietas. [a] Injuncto munere fungi
Vel cępit, vel adhùc nullus ſit nominis uſus.
Accuſare licet Tutorem, ſi gravis urget
Suſpicio, [b] ſi forte viro,cui fama ſit impar,
Se dederit ſocium; ſua ſi diſperdat (àlius,
Scilicet aut aliás uſurus juribus) aut res
Pupilli temerè deſcribere negligat, æquum
Differat aut opibus decerni à Iudice victum,
Sivè aliter peccet;mores te plura docebunt.

a Querela poteſt proponi adversùs Tutorem, vel ante, vel poſtquàm cœperit illam adminiſtrare, *ut hic in §. Suſpectus.*

b Iuſtæ autem cauſæ ſuſpicionis eſſent, ſi Tutor cum hominibus malæ famæ ſoleat converſari; ſi res ſuas dilapidet, cenſetur enim multò magis dilapidaturus alienas, ideſt Pupilli. Si non conficiat Inventarium; ſi negligat taxari alimenta pupillo; denique ex aliis cauſis, quę in praxi, & ex moribus cognoſci poſſunt, poteſt Tutor, ut ſuſpectus, recuſari, *ut in dicto §. Suſpectus cum ſequentibus.*

FINIS PRIMI LIBRI.



Digitized by Google



Digitized by Google

INSTITUTIONUM CIVILIUM LIBER SECUNDUS.

De Rerum diviſione, & acquirendo earum Dominio.

Titulus Primus.

[a] Poſtquàm prima lues Patriæ contagia culpæ
Fudit, & humanas fæda caligine mentes
Obruit, inſonteſque, Erebo graſſante venenis,
Evertit mores, rerum diviſio prima
Divino facta eſt monitu, propriaſque ſuarum
Limina ſignarunt Dominos diſtincta domorum.
Hos [b] creat arbitrium de re diſponere plenum,
Vel cui materies deſit, vel corpore conſtet;
Quippè licet nudis Dominum conventio verbis
Edita nequaquam inſtituat, ni poſthùma pacto
Tradita longævo poſſeſſio corporis uſu
Accedat, ſua Jura tamen ſine corpore tradit
Ceſſio, vel patiens Dominus, qui vindicat unus.
Quin & transfertur legati nomine corpus,
Traditio quod nulla præit; ſic nuda voluntas
Hæredi rem defuncti comunicat, eſtò
Tradita materiem poſſeſſio ſæpè det uſu.

a Poſt Originale peccatum cœpit rerum diviſio, cùm Deus à principio omnia in comuni conceſſiſſet, & cœperunt rerum dominia, quatenùs confinia propriæ cujuſcumque domus continebant.

b Verum Dominiũ, quod eſt Jus perfectè .i. plenè diſponendi, cadit etiam in rebus incorporalibus, quidquid dicat *Bartholus*, ſic creditor eſt verus Dominus ſui Juris, hæres hæreditatis, &c. nam vindicatio ſoli Domino competens datur etiam in rebus incorporalibus, ut patet *ex toto titulo ff. ſi ſervitus vindicetur, ff. ſi uſufr. petatur, &c.* Et quamvis ſine traditione, & poſſeſſione, quæ ſolùm cadit in res corporales, regulariter non acquiratur dominium, *l. traditionibus, C. de pactis*, tamen in rebus incorporalibus ceſſio, & patientia Domini ſupplet vices traditionis; imò interdùm etiam res corporales ſine traditione, ſed ſolo animo, & voluntate acquiruntur, ut patet in rebus hæreditariis, & legatis, & habetur *hic in* §. *Interdùm*.

Utilis [c] in recto immeritum ſibi nomen, ut ajunt,
Uſurpat Dominus, cui non diſponere plenum
Jus datur, at ſolo gaudet cum fructibus uſu,
Nec verè ablatam furto rem vindicat, eſto
Hanc repetat, quò delato ſibi Jure fruatur.

c Diviſio dominii comuniter recepta in directum, & utile poteſt ſubſtineri ad terminorum cognitionẽ, ſed in rigore eſt falſa, ſo-

ſo- Sed

Digitized by Google

ſolùm Jus utendi, vel fruendi, niſi dicatur Dominus utilis, ideſt utilitatis; imò nec habet veram rei vindicationem, ſed ſolùm ſui Iuris perſecutionem, ſed ſolus directus rem vindicat, vel directè agendo contra poſſeſſorem ex verbis legis, vel utiliter contra eum, qui dolo deſiit poſſidere ex mente legis, ut lib. 4. explicabitur.

Sed petit è contra Dominus, plenoque miniſtrat
Arbitrio ſua directus, licet utraque vexet
Actio conventum, directo nomine certans
In poſſeſſorem, legis cui verba cohærent;
Fraude relinquentem quæ poſſidet, utilis urget
Quæſtio, non verbis, menti ſed conſona legum.

Ad Verſic. Quæ, vel in noſtro.

a Prima rerum diviſio eſt, ut quædam ſint in noſtro commercio, quarum dominium poſſumus acquirere; quædam extra noſtrum cõmercium, & dominiũ, uti ſunt res comunes, publicæ, ſacræ, ſanctæ, & Religioſæ, *ut hic.* In quibus poteſt admitti teſtimonium Civis, cũ enim non ſint in ipſius dominio, non diceretur teſtis in cauſa propria.

b Quamvis autem non poſſit acquiri Dominium rei comunis, vel publicæ per longi temporis poſſeſſionem, poteſt tamen præſcribi aliquod Ius, nam ſi quis in aliquo fluminis diverticulo ſolus pluribus annis piſcatus ſit, poterit alium prohibere, non quia acquiſiverit loci, qui publicus eſt, dominium, ſed ſolùm Ius ibidem piſcandi, & ità conciliantur *Tex. in l. fin. ff. de uſucap. & l. 7. ff. de diverſis, & temporal. præſcrip.*

[a] Fert duplex tibi prima genus diviſio rerum;
Humano quædam gaudent concedere lucro,
Ut privata hominum tractant commercia; quædam
Omninò renuunt, veluti comunia, ſive
Publica, vel tamquam Divino ſubdita Juri,
Humanum ſacra, ſancta, ac Religioſa repellunt;
Quæ decori accedunt Urbis viſoria, fontes,
Et nemora; his teſtis par eſſet dictio Civis,
Haud etenim ſuus eſt author.[b] Sed publica quamvis
Longævi renuant omninò temporis uſu
Imperium loca, Jus aliquod præſcribere fas eſt.

c *Ut hic in §. Et quidem.*

d Portus eſt publicus, ripa autem fluminis eſt publica quoad uſum, quoad proprietatem verò eſt illorũ, qui propè ripam prædia poſſident, nam fluminis undæ ſæpè ipſos damnificant, *ut hic in §. Riparum.*

Comune [c] uſurpant demiſſus nubibus imber,
Aer, & undoſum pelagus, cum littore, nomen.
Publicus eſt portus, fluvii quoq; Ripa dat uſum;
Proprietas Dominum, cujus propè fundus adhæret,
Agnoſcit, variæ lædunt quem fluminis undæ.

Dic

Digitized by Google

a Res Sacræ, & Sãctæ exigunt ritum ſolemnem,& publicum, quo per Antiſtitem Deo dedicantur,*ut hic in* §. *Sacra*, unde Sacellum privatum, & Vota non poſſunt in rigore dici Sacra.

b *Ut hic in dicto* §. *Sacra,& l. ſancimus, C. de Sacroſ. Eccl.* §. *Sanctiſſimas cum ſeq. Auth. de alien.& emp. cap.aurum habet* 12. *q.*2.

c *Ut hic in* §.*Religioſum*.

Dic Sacra, [a] quæ Præſul Divinis ritè dicavit
Cultibus, atque palam,ceù Templum,Virgo, Sacerdos,
Atque Calyx; ergo privatum,hac voce,Sacellum,
Votaque, ſolemni ritu ceſſante, carebunt.
Hæc, [b] ubi vel pauper, juſtus vel Creditor urget,
Ut Templum inſtaurent, revocent ut ab hoſte fidelem,
Mutata forma pretio concedere fas eſt.
Denique [c] Religio tumulis, quibus oſſa jacebant,
Et defunctorum cineres Eccleſia quos nunc
Sacra tegit, quondam Civili lege dabatur.

Ad §. *Singulorum*.

d Dupliciter rem acquirimus,vel enim illam occupamus, vel ipſa accedit. Occupatio autem vel eſt propria, ſi occupemus ea, quæ ſunt in bonis nullius,vel eſt impropria, ſi occupentur res ab aliis poſſeſſæ. Ideò ſit.

[d] REm duplex vult cauſa trahi, vel enim occupat,ultrò
Illa vel accedit,veluti ſuperaddita forma;
Prima ſuo, Dominus cùm deſit, nomine fertur,
Occupat impropriè captans quæ poſſidet alter.

Caput Primum.

De Occupatione propriè dicta.

e *Ut hic in* §. *Feræ igitur cum ſeqq.*

f *Ut hic in* §. *Pavonum cum ſeq.*

g *Ut hic in* §. *Illud quæſitum*, dum tamen fera non ſit mortua, alias cenſeretur capta à primo percutiente.

[e] NUllius res ejus, qui prior occupat, eſto;
Sic rapidæ Cœli volucres, tua in arbore quamvis
Suſpendant nidum, piſces, & ruſtica bruta,
Qualis [f] Pavonum ſpecies, timidæque Columbæ;
Par examen apum,proprio ni clauſeris alveo,
Et favus, & quos proferret Maris unda lapillos.
Bellua [g] læthali ferro transfixa prioris
Accipientis erit, quamvis percuſſerat alter;
Aſſidet huic quiſquis laqueum, vel rete paraſſet,
Ex quo capta pedem facili præda extrahit auſu.

Au-

Digitized by Google

Auſugiens [a] fera, ſi fuerit fuga prima, quouſque
Eſt in conſpectu, Domino ſua Jura manebunt,
Sin aliàs fugit, nec ſit de more reverſa,
Fit comunis [b] Avem pariter venatus in agro
Alterius, Domino invito, lucratur, at ipſum
In fundi Dominum collata injuria plectit.
Quæ [c] Populo jactat Princeps, quæ mente relinquit
Proijciens Dominus, comuni Jure feruntor;
Non ſic quæ cæcis Euro graſſante procellis
Exoneraturus navim demerſit in undas.
Theſaurum Domino cum poſſeſſore carentem
Quiſque ſua invenit, ſacra vel in æde, lucratur,
Semiſſem dat alius ager, cui fiſcus adhæret.

a *Ut hic in §. Pavoſſum quoque circa finem.*

b Si venator in alieno fundo, quamvis invito Domino, prædam egerit, ſua eſt, ſed tenetur actione injuriarum ob ingreſſum in alienum fundum invito Domino, *ut hic in §. Feræ verſ. Planè.*

c *Ut hic in §. Hoc ampliùs cum ſeq.* & capientes bona naufragantium ſunt excommunicati excommunic. contenta in Bulla Cœnæ.

d Theſaurus dicitur pecunia, quæ non habet Dominum, vel poſſeſſorem, qui ſi inveniatur in domibus propriis, vel ſacris, eſt inventoris, ſi verò in fundo alieno, vel fiſcali, dividitur, *ut hic in §. Theſauros.*

Caput II.

De Occupatione impropriè dicta.

[e] Interdum fas eſt aliena acquirere. Primò
Juſta quod arma darent, ſed miles mobile tantùm
Occupat, immotū Princeps; ſed, quod prior hoſtis
Præda fuit, repetit Dominus, Immobile, primus.
At non immeritò Bellum, juſtoque paretur
Imperio, cùm nulla tenet lex Principis Urbem.
Traditio, [f] ſua qua Dominus, vel quiſquis alius
Nomine rem validè gerit, ut pro Impubere Tutor,
Donandi voto tribuit (ni diſſona Juri,
Mutua conjugibus veluti donatio) transfert.

e Bona capta in bello juſto, dummodò tam Juſtitia cauſæ, quā Imperii bellum geratur, à Civibus ſcilicet non recognoſcentibus Superiorem, fiunt capientium, *ut hic in §. Item ea, & not. DD. in l. ab hoſtibus, C. de captiu. & poſtlim. reu.* Verùm bona immobilia ſpectant ad Principē, niſi priùs fuiſſent capta ab hoſtibus, nam tunc debent prior Domino reſtitui.

f Item per traditionem factam à Domino, vel ab eo, qui poteſt aliena diſponere, ut Tutor, animo donandi, transfertur Dominium, niſi legibus repugnet, ut donatio inter Conjuges.

Ca-

Digitized by Google

Caput III.
De Acquiſitione per Acceſſionem.

[a] ACcedit primùm Alluvio, qua fluminis unda
Vicinis ripæ Dominis,non impete facto,
Sed placido quidquam curſu abſcedendo relinquit.
Quæ rapit è fundo fluvius vi,fertque propinquo,
Vindicat offenſus, longo niſi temporis ævo
Hæreat infixis altè radicibus arbor.
Accedit [b] Circumluvio, qua è fluctibus amnis
Inſula fixa ſolo conſurgens proximiori
Accreſcit Domino, ripæ cui fundus adhæret,
Non ſic ſi tantùm fluvii ſupernatet alveo.
Accedit [c] nova forma rei ſuperaddita,primæ
Si reddi nequeat,novus hanc lucrabitur Author.
Commiſcens [d] aliena ſuis comunia utrique,
Confundenſque facit, ſpecies ni prima novetur.
Accedit [e] moles fundo; quin conſcius author
Vix pretium petit, omninò quo fundus egebat.
Quæ proſunt,vel delectant,amitteret,æquum
Eſt tamen illæſo prorsùs abradere fundo.
Accedunt [f] Ruris Domino ſurgentia plantæ
Semina, in alterius quamvis diffuderit agros
Ramum, ſi primo tantùm radicibus hæret.
Littera [g] concedit cartæ; pictura tabellam
Vincit. [h] Recta fides, juſtum cui nomen adhæret
Muneris, aut pretii, fructus concedit ementi,
Etſi à non Domino, Dominum quem credidit emptor,
Vel natura ferat,ceù lac cum germine,ſolers
Vel manus,ut ſegetes,vel quos conventio gignit;
Extantes Domino invento(ni tempora parcant)
Et qui feciſſent locupletem,reddito fructus.
Addit conſumptos dolus,& quos edere poſſet
Fundus,ut his tantùm,quos fert Induſtria,parcat.

a Primus modus acquirendi per acceſſionem eſt Alluvio, per quam flumen abſque vi (aliàs eſſet inundatio) diſcedendo aliquid à vicino fundo in alium transfert. Si autem id vi accidat, datur vindicatio, donec arbor radices egerit, *ut hic* §.*Præterea*.

b Secundus modus eſt Circumluvio, per quam Inſula in medio fluminis fixa (non ſic ſi ſupernatet) conſurgens acquiritur vicinis ripæ Dominis,*ut hic in* §. *Inſula*.

c *Ut hic in* §.*Cùm ex aliena*.

d *Ut hic in* §. *Si duorum*, quod procedit in rebus ejuſdem generis v. g. frumento, vino,oleo,& ſimilibus.

e Aedificium accedit Domino ſoli,*ut hic in* §. *Cùm in ſuo ſolo*, & ſi ædificans ſit in mala fide,ſolùm poteſt repetere expenſas neceſſarias, utiles verò, vel voluptuarias ex æquitate poteſt abradere,illæſo tamen fundo, *l. domum*,*C.de rei vind.*

f *Ut hic in* §. *Si Titius cum ſeq.*

g Si in aliena carta ſcribatur,Dominus cartæ eſt Dominus ſcripturæ, contra ſi in aliena tabula pingatur, *ut hic in* §. *Litteræ cum ſeq.*

h Bonæ fidei poſſeſſor cum juſto titulo donationis,aut emptionis, facit omnes fru-

ctus ſuos tàm naturales, quàm Induſtriales, & Civiles, ſeù Conventionales, *l. bonæ fidei, ff. de acquir. rer. dom.* Si careat juſto titulo non facit ſuos naturales, & ità procedit *Textus in l. fructus, ff. de uſuris*, loquitur enim de donatione inter Conjuges. Si verò antequàm legitime præſcripſerit, reperiatur verus Dominus, tenetur extantes reſtituere, vel quatenus ſit factus locupletior. At malæ fidei poſſeſſor etiam conſumptos reſtituit, & quos fundus producere potuiſſet, retentis ſolùm Induſtrialibus, *ut hic in §. Si quis à non Domino, & not. Doctores in l. ſi Navis, ff. de rei vind.*

De Rebus Corporalibus, & Incorporalibus.
Titulus II.

a Secunda rerum divisio eſt, quòd quædam ſunt corporales, & ſubiacent ſenſibus, aliç incorporales, & ſolo intellectu percipiuntur, ut dominium, hæreditas, ſervitutes, de quibus agendum eſt. Ideò ſit.

[a] ALtera res omnes habuit diviſio, quædam
Senſibus ut lateant, deſit cùm corpus, ut hæres,
Creditor, & ſimiles, ratio quas percipit una.
Agnoſcant proprium quædā cum corpore ſensū.

De Servitutibus Ruſticorum, & Urb. Præd.
Titulus III.

b Servitus, de qua hìc, eſt Jus in vicini prædium ad alterius perpetuò debitum. Plures autem ſunt ſpecies ſervitutum, quçdam enim ſunt perſonales, quædam reales. Rursùs quædam innominatæ ab ipſo actu nomen accipiunt, ut *Calcis coquendæ, arenæ fodiendæ, &c.* quædam nominatæ, ut *Iter, Actus,*

[b] SErvit, perpetuum fundo ſi debeat alter
Jus, vel perſonæ, vel rebus inhæreat ipſis,
Perſonam veluti ſequitur cum *Fructibus Uſus*;
Rebus *Tignum* hæret: quandoque dat actio nomē
Ipſa oneri, ceù *ductus aquæ*: plerumque dat ipſa
Lex, ut *Iter*: Cauſam interdùm, ſignumq; relinquit
Accedens oneri, ceù *Tigni Immiſsio*; ſæpè
Dextruitur ſignum, Domini cùm deficit uſus:
Affirmat ſæpè, ut *liceat ſuperaddere Molem*;
Sæpè negat, veluti *nè attollere mœnia ſit* Jus:
Urbanus tandem Domino, vel ruſticus uſus
Eſt Juris; Primum profert Habitatio nomen
Con-

Digitized by Google

Actus, &c. Item quædam ſemper ſignum oneris oſtendunt, quædam in ipſo uſu percipiuntur. Item quædam ſunt affirmativę, negativæ quædam. Itē quædam ſunt ruſticæ, ad fructus colligēdos, & Brutorum uſum, quædam urbanæ debitæ Domino habitanti in fundo, cui ſervitus debetur. Inter ſervitutes autem ruſticas numerantur hic *Iter*, *Actus*, *Via*, *Aquæductus*, & aliæ innominatæ. Inter urbanas autem numerantur *Tigni immittendi*, *Oneris ferendi*, quo paries inferior tenetur ferre onus parietis ſuperioris, ejuſque ruinam inſtaurare. Item *Proſpectus* qua nulla caligine poſſit impediri, cui ſimilis eſt *nè luminibus officiatur*. Item *ſtillicidii*, *vel fluminis divertendi*, *vel contra*.

a Servitutes autem acquiruntur Teſtamento, contractu, & legitimi temporis præſcriptione.

Continua in fundo, fundus cui ſervit adhærens;
Ruſticus eſt tantùm Brutis, vel fructibus uſus.
Dant *Iter* hunc, *Actus*, *Via*, *Ductus*, & *Hauſtus aquarū*.
Jus tibi præſtat *Iter*, liceat quo progredi in agrum
Vicini; Deferre vehicula jungitur *Actu*;
Acceditque *Via* Jus haſtam ducere rectam;
Ductus, & *hauſtus aquæ* vicini è fonte dat undas,
Appulſuſque ad aquas pecoris, *calciſque coquendæ*,
Atque alia, ipſa quibus comunicat actio nomen.
Urbanum *Tigni immittendi*, *oneriſque ferendi*,
Quo ſuper impoſitæ paries ſuccumbere moli
Cogitur inferior; quin hac labente, ruinam
Perpetuò reficit. *Proſpectum* his addito, nulla
Quem caligo gravet; Par *nè ſit lumine caſſus*;
Hùc *ſtillicidium divertere*, quo fluit unda
Guttatim, *flumenque*, fluit quo tota, reponas.
Hæc [a] tibi Jura dabunt moriens, conventio, Tempus.

De Uſufructu.
TITULUS IV.

b Uſusfructus inter ſervitutes perſonales principalis eſt *Ius utendi*, *fruendi rebus alienis ſalva rerum ſubſtantia*, *ut hic*. Quare in rebus uſu conſumptibilibus non cadit, poteſt tamen ex æquitate Senatus Conſulti in ultima voluntate concedi quaſi uſusfructus, præſtita cautione de reſtituenda re ęquali finito tempore, *ut hic in* §. 1.

[b] UTitur alterius rebus, fructuſque miniſtrat
Uſusfructus; ſalva tamen ſubſtantia rerum
Permaneat; meritò quæ non corrumperet uſus,
Hunc tantùm admittunt; quamvis, poſtrema Senatus
Conſultum vota ut ſervet, conceſſerit, uſu
Defectura quaſi Uſusfructus nomine ferri,
Salva quibus veluti ſubſtantia, Cautio detur,
Se benè conceſſis uſurum Juribus, & rem
Æqualem Domino conventa ætate daturum.

Digitized by Google

Conceſſum tibi,& hæredi prior exigit uſum
Hæredis tantùm gradus. Urbs centum utitur annis.
Perſonæque hærens ultrò corrumpitur ejus
Interitu, [b] licet expectet cum prole parentis
Funera, [c] nec fructus pendentes vindicat hæres.
Amittit [d] ſervus, vel deportatus ab Urbe,
Annua [e] ſed repetit Juris legata reverſus;
Exuitur, [f] decimo præſens ſi deſiit anno
Jure frui, geminato abſens; corrumpit & uſus
Non legi compar; [g] deſtructo corpore & ipſum
Jus cadit; æqualem pars partem extincta reſolvit;
Occumbens tamen unus equus bigæ, atque quadrigæ
Jus omninò premit,nec enim,proùt quælibet agri
Pars ager eſt, ſic biga in equo ſervabitur uno.
Directo [h] Domino cedens extingueret(huic res
Non ſervit ſua,cui plenum diſponere Jus eſt.)
Aſt alii cedens non Jus transferret adhærens
Perſonæ, licet is fructu potiatur,& uſu,
Scilicet hunc primi cedentis fata reſolvunt.

a Si relinquatur alicui, & ejus hæredibus uſusfructus, extinguitur morte primi hæredis. Si verò relinquatur Civitati, durat uſq; ad centum annos, *ut l. antiquitas, C. de uſufr. l. an uſusfructus, ff. eodem.*

b Ut habetur *in l. fin. C. de uſufr.*

c. Fructus pendentes poſt mortem uſuſfructuarii ſpectant ad proprietarium, *l. fructus ff. de rei vindic. l. in ſingulos, ff. de ann. leg.*

d Ut habetur *hic in §. Finitur.*

e Ut *lib. 1. tit. quibus modis Ius Patriæ poteſt ſolv. §. Si ab hoſtibus, & l. 1. §. fin. ff. quibus modis uſusfr. amittatur.*

f Ut *hic dicto §. finitur ubi Gloſ.*

g Si fundus dextruatur, corruit etiam uſusfructus proportionaliter, quia in qualibet parte remanente conſervatur, quælibet enim pars fundi fundus eſt, at ſi pereat unus equus quadrigæ, vel bigæ, omninò uſusfructus bigæ, vel quadrigæ extinguitur, quia non remanet biga, vel quadriga, *l. 10. §. fin. ff. quibus modis uſusfr. amitt.*

h Si uſusfructus cedatur proprietario extinguitur, vel ſi uſusfructuarius acquireret proprietatem, *ut hic in fine*; ſi verò cedatur extraneo, remanet Jus penes cedentem, cùm ſit perſonale, tranſit verò in ceſſionarium exercitium Juris, ut fructus colligat, quod tamen extinguitur morte cedentis, *l. arboribus verſic. uſufr. ff. de uſufr.*

De Uſu, & Habitatione.

TITULUS V.

[i] Utile conventus rerum non percipit uſus,
Sed quod perſonæ tantùm decus exigit, & par
Expectat, quo ſalva manet ſubſtantia, Pignus.

i Uſuarius non aliud percipit, niſi quod ſibi, & ſuæ familiæ neceſſarium eſt; tenetur quoque ad cautio-

Nul-

Nulla locandi ædes conceſſo naſcitur uſu
Copia, ni degat cum Conductore locator.
Cædua [a] ſylva nimis diſtans, nè prorsùs inanì
Uſu ſit, dat Jus, pretium quò ex arbore ſumas.
Sed [b] licet interitu Civili deſinat uſus
Cum fructu, vult naturali Habitatio ſolvi.

tionem, ſicuti uſusfructuarius, ut hìc, itaùt non poſſit ædes uſuarias locare, niſi ſimùl cohabitet, *ut hic in* §.5.

a Per uſum ſylvæ cæduæ nimis diſtantis, cōceditur facultas vēdendi lignamina, juxta tamen familiæ neceſſitatem, & decorem.

b Uſus, & Uſusfructus per mortem civilem extinguitur, ut ſupra dictum eſt. Habitatio verò ſola morte naturali.

De Uſucapionibus, & long. temp. Præſcrip.

Titulus VI.

[c] DAt rem Uſucapio, quoties poſſeſſio juſto
Nomine capta, bonaque fide ſua tempora durat;
Sit modò continuus, Juri nec diſſonet uſus,
Scilicet ut rem poſſeſſor neque ſpontè relaxet,
Nec Dominus petat. Ergo capi, quæ corpore conſtat,
Res tantùm patitur; renuunt comunia, ſive
Publica, quæque humana vetant commercia; quippè
Ignorant Dominum. Furto [d] ſubtracta, priùſquā
Abluerint crimen Domino repetente, cohærent;
Mobile [e] dat triplici, decimo concedit in anno
Immotum præſens, dat luſtris quatuor abſens.
Jus [f] Incorporeum generat præſcriptio longi
Temporis, aſſiduum Domino patiente per uſum
Edita; continuatque, [g] ſuus quo cęperat Author
Uti, poſſeſſum ſucceſſor, conſcia ni mens
Al-

c Uſucapio eſt Acquiſitio dominii per longam rei poſſeſſionem juſto titulo, & bona fide continuatam, nulla mediante interruptione, ſive Juris per interpellationem, ſive facti per voluntariam rei relaxationem. Cùm autem in rebus incorporalibus non cadat poſſeſſio, & quæ ſunt extrà noſtrum commercium non poſſint acquiri, ideò nec poſſunt uſucapi.

d Res furtivæ non poſſunt uſucapi, niſi poſtquàm in Domini poſſeſſionem reverſæ vitium purgaverint, ut hic *in* §. *Furtiva*.

e Res mobiles uſucapiuntur per triennalem poſſeſſionem, immobiles verò per decennalem præſente, & vigennalem abſente Domino.

f Præſcriptio eſt acquiſitio Juris incorporalis per uſum patiente Domino habitū.

g Succeſſor continuat uſum incœptum à ſuo authore niſi alteruter ſit in mala fide, nam ſive defunctus, ſive hæres fuerit in mala fide, interrumpitur præſcriptio, etiam ſi hæ-

Digitized by Google

hæres ſit filius, aut extraneus, & velit incipere à ſe ipſo poſſeſſionem, cùm enim habeat titulum à defuncto, cui annexa eſt mala fides, ſemper poſſeſſionem, & præſcriptionem irritat, *l. cùm heres, ff. de diverſ. & temp. præſcr.*

a Non valet præſcriptio, ſi titulus à Jure reprobetur. Et niſi alter cauſam errandi dederit, poſſeſſio falſo nomine capta non uſucapit, ut hic *in* §. *Error.*

Alterutrum fallat, crimen nihil inſcius ergo
Defuncti tegit, aut ſuus, aut extraneus hæres,
Seù mox incipiat, cęptum ſeù compleat uſum.
Lege [a] reluctante acceptum, ſi ſcilicet agrum
Diſtrahat Impubes Tutore abſente, maritus
Vel rem dotalem, præſcriptio nulla tuetur.
Nomine ſi falſo accipias, poſſeſſio nunquam
Proderit, ut lucrifacias, niſi tertius author
Errandi cauſam dederit, ceù ſervus, emendam
Cui rem mandaſti, falsò tibi tradidit emptam.

De Donationibus.

Titulus VII.

b Donatio quamvis nudo pacto celebretur, efficaciter obligat, *l. ſi quis argentum, C. de donat.*

c Duplex eſt donatio, altera cauſa mortis, quæ ſemper poteſt revocari, vel ceſſante periculo mortis, cujus intuitu fuit facta, vel per antecedentē mortem donatarii, *ut hic.* Et quamvis ſapiat naturam legati, differt tamen ab eo, tùm quia propoſitis querelis vanis contra Teſtamentum per legatarium cadit legatum, non ſic per donatarium, *l. Papinianus*, §. *Meminiſſe, ff. de inoff. teſtam. & l. etiam eodem titulo*, tùm quia donatio annua eſt unica in omnibus annis, ac proindè ſufficit capacitas donatarii in primo anno, at verò legatum annuum multiplicatur in ſingulos annos, undè exigitur legatarii capacitas in ſingulis annis, *l. Sextus*, §. *ult. ff. de donat. cauſa mortis.*

d Altera ſpecies donationis eſt inter vivos, & hæc eſt irrevocabilis niſi vel ob gravem

[b] Altera Cauſa, licet nudis donatio pactis
Orta, creat Dominum, conventum ut vindicet Actor.
Dupliciter [c] dono accipimus, quandoque ſpopondit
Expreſſa mortis cauſa donator, & ultrò
Arbitrio revocat, cadit & ceſſante periclo,
Seù luci eripient donatum fata priorem,
Et legatorum ſequitur veſtigia, quamquam
Non ceſſet donum, vanis legata querelis
In teſtamentum pereant, donata nec annus
Annua congeminat, tot ſunt legata quot anni.
Altera [d] donandi ſpecies plerumque ſuevit
Ferri inter vivos, ſua cui æterna manet vis,
Ni daret aut verbo collata injuria pœnas,
Aut re donanti, immeritum vel in ære gravamen

Fran-

Digitized by Google

Frangeret, aut impar pactis eventus; at ipſo
Defuncto, ſileat, non cœptis queſtibus, hæres.
Si [a] plus quincentum ſolidis donetur,(inanem
Nè ſermo exceſſum faciat profuſus,) in actis,
Et quocumque palam ſcribatur Judice, quamvis
Tantùm ad cõtractus ni ſpontè remiſerit author.
Si, [b] quem deferri gaudet Natura, trientem
Prodigus abſorbet doni largitor inepto
Nomine collatum, oppoſitis omninò querelis
Expirat munus, fatui quaſi mente profectum
Authoris, quamquam læſo det quæſtio tantùm
Legitimam fratri. [c] Liberto tradita dono
Arbitrio reddit ſoboles dein orta parentis.

vem donatarii ingratitudinem tàm in perſonam, quàm in rem donantis, vel ob non ſervatum pactum, *l. ult. C. de revoc. donat.* ſilente autem donatore, non poteſt querela ab hærede proponi, *d. l. ult.*

a Donatio ultra quincẽtum ſolidos debet inſinuari in actis coràm Judice, quamvis ad contractus tantùm, niſi inſinuationi expreſsè renuntietur, *l. penult. C. de donat.*

b Si donatio læderet filios in legitima, vel è contra, in totum reſcinditur, quaſi fatui diſpoſitio, niſi fieret alteri fratri, nam tunc reſcinditur quoad legitimam. *Argum. ex l. 1. 2. & 5. C. de inoff. don.*

b Donatio facta à Patrono libertis revocatur per ſupervenientiam liberorum, *l. ſi unquam, C. de revoc. donat.*

Ad §. Eſt & aliud Genus.

[d] OB certam plerumq; placet donatio cauſam,
Ceù quam conventa acquirit pro dote ſuperſtes
Nupta viro mulier; Verùm ſi nulla ſequantur
Fœdera, vel cautam dilata pecunia dotem
Falleret, immeritò defuncti convenit uxor
Conjugis hęredem. Dant ſemiſſem oſcula ſponſæ,
Quem revocat violata fides, dotemque ſolutam
Conjugii cum Jure premit; quin, mutua pœnam
Ni det noxa parem, ſponſo divertere Jus eſt.
Sed [e] non omninò par eſt donatio doti,
Quippè ſuis hanc dat moriens hæredibus uxor,
Viventi ſolùm cum fructibus illa dat uſum,
Adſit ubi Viduæ poſt Matris funera proles,
Cui tamen ipſa, novum placuit niſi fœdus, adhæret.

d Donatio fit quandoquè ob cauſam, & utplurimùm propter nuptias, quam acquirit uxor ſuperſtes marito in dotis recompenſationem, & in Regno Neapolitano vocatur Antephatum, cujus medietatem lucratur per oſculum, *l. ſi à ſponſo, C de donat. ante nuptias*; quòd ſi adulterata ſit, privatur tùm dote, tùm antephato, & poteſt maritus divertere, niſi & ipſe adulteratus ſit, *c. per veſtras de donat. int. vir. & ux.*

e Differunt autem dos, & donatio propter nuptias, nam illam mulier transfert ſuis hæredibus, hanc verò tenetur reſervare filiis, inter quos ſuam portionem habebit, niſi ad ſecunda vota migraverit, *ut in Auth. Vxore mortua cum ſeq. C. de ſecund. nupt.* filiis verò non exiſtentibus poteſt ad libitum diſponere.

Digitized by Google

a IN Regno quatuor dant auri mille trientem;
Par bis quinque quadrãs;hinc ad vicena ſolutę
Dotis habet quintum;ſextans triginta coæquat,
Ultrà hanc centenis dantur ter quina,nec ullo
Conjugis extinctæ ſucceſſor Jure potitur.

a Eſt etiam differentia circa quantitatem, in Regno enim ſi dos aſcendat ad quatuor mille aureos, donatio eſt tertia pars; uſque ad decem mille, erit quarta pars; uſque ad viginti mille, erit quinta pars;uſque ad triginta mille, erit ſexta pars; ultra hanc quindecim pro centenario,& ſemper reſtituenda eſt poſt mortem mulieris hæredibus mariti, *ut ex Pragm. de Antephat.*

Quibus alienare licet, vel non.

TITULUS VIII.

b INterdùm Domino de re diſponere plenum
Carpunt arbitrium leges; dotalia quippè
Nequidquam Conjux, quamvis acceſſerit Uxor;
Prædia diſtraheret, votum ni Principis addat
Ex cauſis, veluti ſervando ſi pereat res,
Vel conventa facit dotale pecunia nomen,
Pro qua certa viro ſpecies quaſi vendita,dotis
Exercet munus,Domino peritura marito.
Aſſidet Impubes, Tutor cui deſit, adulto
Vel Curator abeſt, furioſus, prodigus, amens.
Quin c & pupillo nequidquam debitor antè,
Pignora quàm dederit Tutor, ſine Judice ſolvit.

b Maritus nec de conſenſu uxoris poteſt res dotales alienare ſine licentia Principis, & juſta cauſa,ſi ſcilicet res ſervari non poſſit, vel dos fuerit æſtimata, tunc enim dos non in ipſa re, ſed in precio conſiſtit, & res perit marito, qui neque ad rem,ſed ad precium reſtituendum tenetur, ut lib.4. declarabitur. Item Pupillus ſine Tutore, ut lib. 1. dictum eſt. Sic etiam prodigus declaratus, furioſus,& amens,*ut hic.*

c Debitor pupilli ſolvens ante,quàm Tutor ſatiſdederit, non eſt tutus,niſi præcedat Judicis decretum, *l.ſancimus, C. de adminiſtr. Tut.*

Per

Digitized by Google

Per quas Perſonas nobis acquiritur.

Titulus IX.

a Filiusfamilias acquirit ſuo Patri, exceptis bonis Caſtrenſibus, vel quaſi Caſtrenſibus, quæ ſcilicet in militia ſive Terreſtri, ſive Cœleſti, ut ex Clericatu, ſive Togata, ut ex Judicatu, vel Doctoratu, vel ex ſeptem artibus liberalibus acquiſivit. Cætera verò bona ſi à Patre ſint profecta, vel ejus intuitu filio acquiſita, ſpectant ad Patrem, ſi verò advenerint filio vel ex proſpera fortuna, vel ſucceſſione, ſive legato, vel donatione, ſpectant ad filium quoad proprietatem, ad patrem verò quoad uſumfructum. Niſi inceſtas nuptias contraxerit, vel ipſe donans prohibeat, *Auth. ut lic. matri, & aviæ in princ.* vel lucrum ſit illicitū, *l. cùm oportet, §. ſin autem, C. de bonis quæ liberis,* & in illa portione, in qua filius ſimùl cum Patre ſuccedit fratri, ut lib. 3.

a DAt Patri quæſtum patriis ſubjecta propago
Legibus; Excipias Caſtrenſia cum quaſi, Bellum
Quæ daret, & par Cœleſti cum Milite Iudex,
Patronuſque ſibi proſunt, & libera quidquid
Dat manus Artificis. A Patre profecta paternum
Imperium expectant: ſi quid fors adjicit ultrò,
Proprietas prolem (cui par ſucceſſio, munus,
Legatumque,) patrem ſequitur cum fructibus uſus,
Inceſtum niſi fædus amet, vel reſpuat, ipſe
Vel donans vetuit, lucrum ſeù legibus impar
Accedat; ſed ubi fratri cum patre ſit hæres,
Diſtinctos utrique parit ſua portio fructus.
Quæſiti [b] retinet ſemiſſem, ſpontè paterno
Si prolem Imperio genitor dimiſerit, uſus.
Accedit [c] gnato ſervus, dominumque Parenti
Æqua ferè ſequitur lex, qua licet inſcius omne
E ſervo lucrum captet; non hic tamen hæres
(Ne Dominum quoque onus feriat) non juſſus adibit.
Serviles [d] operas tantùm concederet uſus
Cum fructu, reliquum directus percipit Actor.

b Ut hic *in §. Hoc etiam*. Secùs ſi Jure cogente emanciparet.

c Ad ſimilitudinem filii ſervus acquirit Domino etiam ignoranti, excepta hæreditate, quam non poteſt adire ſervus inſtitutus ſine juſſu Domini, quem etiam onera gravarent, ut hic *in §. Sed ſi hæres*.

d In uſufructu ſervi ſolùm ſerviles operæ continentur, reliquum ſpectat ad proprietarium, undè partus ancillarum non cedunt uſufructuario, *ut in §. in pecudum ſuprà tit. 1.*

De Teſtamentis ordinandis.

Titulus X.

[a] EXplicat Humanæ *mentis Teſtatio* nomen
Teſtamenti, ubi *Mens* Genus eſt, qua convenit ipſum
Legato, ac reliquis, hominum quæ mente creantur,
Diſtinctam reddit ſpeciem *Teſtatio*, quam ſic
Accipe, ſolemnis proùt olim formula coram
Legitimis, vota excipiens ſuprema, rogabat
Teſtibus, *Hæc, quæ his ſunt tabulis, deſcripta ve ceris.*
Sic do, ſic lego, ſic teſtor, itá ergo quirites
Vos teſtes perhibete; magis tamen exprimit illud
Iuſta Voluntatis noſtræ ſententia, qua poſt
Interitum, ſi quæ placeant, peragenda jubemus.
Vel [b] ſcriptis tradat, proprio vel nuncupet ore,
Quem ſibi vult moriēs hæredem accedere, fas eſt.
Si primum placeat, ſubſcripto nomine, cera
Obſignet, filo tabulas liget, haſque rogatis
Teſtibus objiciens, quos nulla exceptio carpit,
Aſſerat illa ſibi morituro vota probari;
Nè tamen ignotus pulſetur fraudibus author,
Teſtibus omninò hic pateat, qui nomina poſtquàm
Addiderint, anulo tabulas in cortice ſignent.
Sed [c] quamvis lex ſigna velit ſeptena notari,
Bina petit Pietas, Parochum quibus addere gaudent
In reliquos uſus canones: nullum exigit inter
Diſponens gnatos genĩtor, ni extraneus hæres
Additur; huic tantùm ſi legat, quinque rogentur,
Ruſticus & locus, atque lues ubi ſævit, adhærent.

con-

a Teſtamentum poteſt definiri *Teſtatio mentis, ut hic*, ſi illud verbum *Teſtatio* accipiatur pro illa ſolemni publicatione, quam olim Teſtator coram Teſtibus, manu tenens tabulas ſui Teſtamenti, exhibebat, quæ ſoli Teſtamento conveniebat; unde illud verbum *Teſtatio* ſe habet loco differentię, & *Mens* tāquam genus; majoris tamen claritatis gratia definitur. *Voluntatis noſtræ juſta ſententia de eo, quod poſt mortem noſtrum fieri velimus.*

b Teſtamentum poteſt fieri vel in ſcriptis, & ſic clauſum, vel nuncupativè. Si Teſtator velit diſponere in ſcriptis adhibeat ſolemnitates receſſitas, *hic, & in l. hac conſultiſſima, C. de Teſtam.* & præcipuè requiritur, ut Teſtes videant, & cognoſcant morientem, nè ſit locus fraudibus, qui deinde debent ſe ſubſcribere, & ſigillum in cortice apponere.

c De Iure Civili requiruntur ſeptem teſtes, de Jure Canonico, ſi Teſtamentum ſit ad pias cauſas, ſufficiunt duo, ad alias cauſas additur Parochus, *c. cùm eſſes, & c. relatum de teſtam.* Item pater ſi inter ſolos filios diſponat, non eget Teſtibus, ſi conſtet ejus voluntas; ſi addat extraneum legatarium, requiruntur quinque Teſtes, idemque in loco ruſtico, vel tempore peſtis *d. l. hac conſultiſſima, §. Ex imperfecto, & l. Cùm antiquitas C. cit.*

Contractus [a] medians, quem non ſuprema Voluntas
Continet, eſto brevi perfectus tempore, tollit
Vim Teſtamento, ſublato ſcilicet uno
Contextu, quamvis liceat donatio cauſa
Mortis, Tutorem pater, aſſignetque Patronus
Libertum, valeat legati nomine Pignus,
Et poſt interitum ſi quæ tractanda jubentur.
Prodigus, [b] Impubes, Mulier, quos una poteſtas
Defuncto nectit, veluti cum fratre parentes,
Mutus cum ſurdo, ſervus (niſi publica jactet
Ingenuum vox), mentis inops, vel quem furor angit,
Diminui paſſus Caput, Inteſtabilis, hæres
(Excipe legatum) nequeunt accedere teſtes.

a Inter teſtandum [n]on poteſt fieri actus, [q]ui non pertineat ad [u]ltimam voluntatem, [q]uamvis breviter per[f]iciatur, aliàs Teſta[m]entum eſt nullum, *l.* [J]*am antiquitas, C. de* [T]*eſtam.* & *l.*21.§. *Uno* [co]*ntextu, ff. eodem.*

b Specialiter pro[h]ibentur in Teſtamen[t]o eſſe Teſtes perſonæ [h]ic recitatæ *in* §. *Teſtes* [a]*um ſequentibus.*

Ad §. Sed Hæc quidem.

[c] AT ſi diſpliceat ſcripto diſponere, ſeptem
Legitimos Teſtes roget, hæredemq; det ore
Ipſe ſuo moriens; Non hìc ſubſcribere Teſtem,
Non opus eſt ſigno. Verùm ſi interroget alter,
Cui nutu moriens muto nil ore loquutus
Annuat, invalidè teſtatur; quippe doloſus
(Hæredem niſi verba darent) ſubreperet error.
Blanda [d] nimis quem verba (quibus vis proxima) lactant,
Cùm libertatem feriant, teſtata caducant.

c In Teſtamento [n]uncupativo licet re[q]uirantur ſeptem Te[st]es, non eſt tamen ne[c]eſſarium ſignum ipſo[ru]m, requiritur tamen [q]uòd ipſe Teſtator vo[ce] exprimat ſuam vo[lu]ntatem, nè ſit locus [fr]audibus.

d Importunæ pre[ce]s, & blanditiæ æqui[pa]rantur violentiæ, ac [pr]oindè irritant Teſtamentum, *ut not. DD. in l.* 1. *ff.* & *C. de His quibus ut indig.*

De Militari Teſtamento.

TITULUS XI.

[e] MIles in ipſa acie Belli, dum prælia miſcet;
Pugna vel immineat, veluti ſub pellibus, omni

e Miles in expedi[ti]one ſua non tenetur [se]rvare prædictas regu-

gulas,ut poſſit decedere partim teſtatus,partim inteſtatus tùm tēpore, tùm re. Quod tamen non habet locum, ſi Teſtamentum extra pugnam condidiſſet, niſi in pugna confirmaverit; quòd ſi propter ſenectutem, infirmitatem,vel merita fuerit dimiſſus, Teſtamentum in pugna confectum ſubſtinetur per annum, *ut hic in §. Illis autem temporibus*, & *§. Sed hactenùs*.

Lege vacat moriens,pateat ſi certa Voluntas;
Ergo vel ad tempus,quo emenſo deſinat hæres,
Sive diem expectet, quem certo ex tēpore Miles
Juſſerit admitti; totumque vel expleat aſſem,
Vel certa placeat de re diſponere,plenum
Jus eſt; legitimus reliquo tùm tempore gaudet,
Tùm re ſucceſſor: quin & dimiſſus ab armis
Teſtatus miles, vel quem gravis urgeat ætas,
Vel morbus premat, emerito vel munere Princeps
Proſequitur,primo ſua vota tuebitur anno,
Non ſic patrati ſceleris quem pœna repellit.

Quibus non eſt permiſſum facere Teſtamentum.

TITULUS XII.

a Filiusfamilias, & ſervus teſtari nequeũt, nec etiam patre conſentiente, vel præmoriente,confirmatur Teſtamentum, *ut hic in §. Præter hos*, nec ſi pater uſumfructum non habeat,exceptis ſolùm bonis Caſtrenſibus, & quaſi Caſtrenſibus, *l. nemo, C. qui Teſtamenta facere poſſunt*, & exceptis in Civitate Neapolitana bonis à Matre, vel linea materna comparatis.

b *Ut l.obſides, ff. de Teſtam.*

c *l. de ſtatu, ff.cit.*

d *Ut hic in §. Item ſurdus.*

[a] Teſtari nequeunt,juſtum Dominique,Patriſq;
Quos tenet Imperium, nec ſi dimiſſa parentis
Legibus occumbat ſoboles,priùs edita firmat
Vota,nec accedens vires Pater adderet. Uſum
Quæque negant, fructumque Patri (diſponere quamvis
Contractu liceat) nequidquam vindicat hæres
Teſtatæ prolis. Caſtrenſia cum quaſi, vel quæ
Mater apud noſtros, maternaque linea dono
Conceſſit,gnatorum omninò Juſſa ſequuntur.
Accedit ſervo qui pacis ab hoſte tenetur
Obſes, [b] & incerta [c] qui libertate potitur;
Mutus,[d] & omninò ſurdus,tàm ab origine prima
Natura peccante, novus quàm ſi organa vocis

Com-

Comprimat eventus,ni ſcribere calleat, [a] & quos
Voto emiſſa ſuo Paupertas exuit ære.
Aſſidet [b] Impubes,furioſus,prodigus,amens,
Hæreſis [c] inque luem præceps; quem [d] à Principe
conſtat
Defeciſſe ſuo; extremo ſententia ſi quem
Supplicio feriat,cui lege [e] jubente fit hæres
Proximus agnatus. Prohibet [f] violenta Senatus
Purpurei Romanæ Urbis percuſſio. Teſtem [g]
Octavum reliquis adjungito lumine caſſus,
Omnibus atque palam edictis,penes acta reponat
Publica, ſubſcripto cum teſte,Tabellio votum.

a *Ut in Auth. Ingreſ-*, *C. de Sacroſ. Eccl.*
b *Ut hic in* §. *Præ-rea*, & §. *Item prodi-us.*
c *l. Manichæos, C. de hæreticis.*
d *l. quiſquis, C. ad Jul. Majeſt.*
e *Auth. bona damna-rum, C. de bonis dam-atorum.*
f Percutiens Car-dinalem eſt inteſtabilis *cap. fœlicis de pœnis in 6.*
g Cæcus loco Tabularii octavum Teſtem addere tenetur, & ejus voluntas debet ſubſcriptis Teſtibus in actis publicis per Notarium deſcribi, *d. l. hac conſultiſſima.*

De Exhæredatione Liberorum.

Titulus XIII.

[h] Legitima tenùs hæredem ſibi dicito prolem
Teſtator pater, aut expreſſo nomine, juſtis
Exuat ex cauſis hæredum Jure, vocatus
Quis tamen omninò doceat ſucceſſor,inanis
Mens aliter teſtata foret, licet ipſe ſuperſit
Præteritæ ſoboli, quæ nec ſi ſpontè paternis
Abſtineat,reficit, primò quod nulliter actum eſt,
Quamvis ex æquo Prætor mandata ſequatur
Defuncti Patris, gnatum qui ſcripſit in Aſſe
Hæredem,alterius ſuppreſſo nomine fratris,
Non quaſi cõvaleat, fuerat quod inutile prorsùs
Elogium, ſed legitimus quaſi cogitur hæres
Reddere, quæ juſſit moriens,cùm nulla feratur
Portio,quam renuat,teſtati nomine, proli
Præteritæ, ſed Jura ſui inteſtata parentis
Concedunt leges, ultrò quæ reſpuit, ergo
Tantùm legitimo gaudet ſervare benignus
Ordine vota Patris Prætor. Extraneus hæres
Si placeat,nullas pariet concordia Vires.

h Si Pater in Te-ſtamento filiumfami-lias non inſtituat in legitima, vel ex legi-timis cauſis ab hærede probādis expreſsè ex-hæredaverit, Teſtamē-tum eſt ipſo jure nul-lum, nec convalidatur per filii antecedentem mortem, ſive abſten-tionem; verùm ſi in illo Teſtamento fue-rint inſtituti alii fra-tres, per filii præteriti abſtentionem voluntas patris ſervanda eſt ex æquitate Prætoria, non quidem ex Teſta-mento, ſed ab inteſta-to, cùm enim ex illo Teſtamento non fuerit delata ſucceſſio illi fi-lio

At

lio præterito, non potuit ex illo Teſtamento fieri abſtenſio, ſed ſolùm ab inteſtato, & ſic ab inteſtato ſervatur voluntas patris, & ità explicatur *Tex. in l. filio præterito, ff. de iniuſto rup. & irrit. facto teſtam.* Nec facit, quòd Prætor filio præterito concedat bonorum poſſeſſionem contra tabulas, quæ eſt ex teſtamento, quod cùm ſuppoſita filii abſtenſione non irritetur, remanet validum, nam Prætor ad decernendam bonorum poſſeſſionem ſive ſecundùm, ſive contra tabulas, nõ attendit ad validitatem Teſtamenti, hæc enim à Jure Civili, non Prætorio dependet, ſed solùm quærit an tabulæ valeant, id eſt an ſint ſignatæ ſeptem Teſtibus *l. 1. §. Sufficit cum l. ſeq. ff. de bon. poſſ. ſecun. tab.* quòd ſi deindè reperiatur Teſtamentum nullum ob filii præteritionem, Prætor relicta bonorum poſſeſſione ex Teſtamento, concedit bonorum poſſeſſionem ab inteſtato, ut lib. 3. explicabitur.

At nonnè edictus fuit à Prætore bonorum
Poſſeſſus contra tabulas, quo vota Parentis
Præteritus frangat? manet ergo, ubi reſpuit ille,
Vis Teſtamento. Fateor, ni Edicta carerent
Effectu, concedit enim ſua Jura petenti
Prætor, ubi tabulis novit ſeptena notari
Signa, nec utiliter Patrem diſponere penſat;
Quem ſi ſuppreſſa teſtatum prole pateret,
Legitimo ſucceſſorem vocat ordine Prætor.
Poſthumus [a] eſtò ſuum nequeat violare Parentē,
Ceù lucem elati poſt funera Patris adeptus;
Si tamen expreſſum Genitoris verba repellunt,
Hæredem tantùm removet, legata manebunt,
Ergò nec oppoſitis teſtatum omninò querelis
Corruit; Interdùm ſcriptus nec labitur hæres;
Si vel abortivus, vel Patre ſuperſtite gnatus
Deceſſit, vel ſe excludi conſenſerit ultrò.
Aſſidet [b] huic, ſi quem Genitrix injuſta ſileret.

a Poſthumus quamvis juſtam cauſam, qua exhæredetur, committere nequeat, cùm non ſit natus vivente patre, ſi tamen expreſsè exhæredetur, valet exhæredatio, non ut ipſum excludat, ſed ut interim valeat Teſtamentum, donec reſcindatur, quarè ipſo ſuo tempore approbante, vel præmoriente ante querelam, remanet validum. Imò nec poteſt in totum reſcindi, ſed solùm quoad inſtitutionem hæredis. *Auth. ex cauſa, C. de lib. præter.*

b Matris præteritio regulatur juxta Patris exhęredationem.

De Hæredibus Inſtituendis.

Titulus XIV.

c Tota vis Teſtamenti in hæredis inſtitutione conſiſtit, neque enim poſſet ſubſtineri diſpoſitio collata poſt obitum, & ſic ceſſante do-

c Vim Teſtamento ſcriptus comunicat hæres;
Quippè per interitum Domino ceſſante, facultas
Nulla foret diſponendi poſt funera, vires
Ni leges, quaſi adhùc in ſucceſſore ſuperſit,
Con-

Conciliant. Plenum detur quemcumque vocādi
Arbitrium, modo Civili qui Jure fruatur,
Ergo [a] manumiſit tacito quaſi munere ſervum,
Quem facit hæredē Dominus, niſi adultera noxæ
Inſtituat ſocium, quem ſcilicet improba conjux
Solvere nequidquam ſervili pondere tentat;
Si ſervum inſtituas alienum, juſſus adibit.
Pluribus ex Dominis tantùm ſi præcipit unus,
Mandanti è ſervo accedit cum pondere lucrum;
At [b] Patris Imperio proles ſubjecta paternum
Expectet votum, tamen huic ſi diſplicet, ultrò
Illa adit, è contra gnato renuente, parentis
Arbitrium foret; His æquum Jus exigit Abbas.
Conditio, [c] aut incerta dies adjuncta relicto
Hæredi, eventum expectat, quem mortis ad inſtās
(Si quando acciderit), transfert; ſed inane parentis
Judicium faceret, ſuus in quo ſcribitur hæres,
Scilicet oppoſito Genitor quem præterit actu.
At ſi certa dies placeat, ſubducito tempus,
Scriptus ut & primò fuerit, nec deſinat umquam
Hæres eſſe. [d] Cadit pariter, vel diſſona Juri
Conditio, ut Crimen, facto vel protinùs impar,
Ceù *digito Cœlum valeat ſi tangere*, vel quam
Expellit natura, velut *Concepta Chymæra*;
Sed [e] licet hæredem Jura indiviſa ſequantur,
Materiem tamen in partes ſucceſſio ſcindit,
Uncia queis totum bis ſena amplectitur Aſſem.
Si [f] tantùm in parte inſtituas, nulluſque cohæres
Additur, is totum uſurpat, nam cedere partim
Teſtatum ſolo ferrent in milite leges.
Si [g] non expleto plures æque Aſſe vocentur
Hæredes, par in reliquum Jus omnibus eſto,
Impariter diviſa quotam pars addit iniquam.

dominio in diſponente, niſi fingeret lex ipſum adhùc vivere in ſuo hærede.

a *Ut hic in* §. *Servus*, & §. *eſt tamen caſus*. quòd ſi inſtituatur ſervus alienus, requiritur Domini juſſus prò adeunda hæreditate, *ut hic in* §. *alienus quoque*, & ſi plures ſint Domini, & unus jubeat, ipſi acquiritur hæreditas cum oneribus, *ut hic in* §. *ſervus autem plurium*.

b Ut habetur *in l. cùm non ſolùm, C. de Bonis quæ lib.*

c Hæres poteſt inſtitui ſub conditione, vel ſub incerta die, excepto filiofamilias, quia in contrarium eventum eſſet præteritus; & quandocumque evenerit conditio, vel dies, retrotrahitur ad inſtans mortis. Quòd ſi dies certa fuiſſet addita, tunc deleta die hæres à principio ſuccedit, ut hic *in* §. *Hæres*.

d Conditio impoſſibilis ſive Jure, ſive Natura, ſive facto, reijcitur, ut hic *in* §. *Impoſſibilis*.

e Hæreditas cùm ſit Jus incorporale nō poteſt dividi, tamen bona hæreditaria, quæ ſunt ipſius materia, conſtituunt aſſem, qui dividitur in 12. uncias.

f Hæres in quota non relicto alio cohærede fit hæres in tota, excepto milite, qui, ut ſupra dictum eſt, poteſt decedere partim teſtatus, partim inteſtatus.

g Si plures ſint inſtituti hæredes æquis partibus, & tamen Teſtator non expleverit totum Aſſem, in reliquo hæredes illi æqualiter ſuccedunt, quòd ſi non fuiſſent inſtituti æqualiter, eadem proportione ſuccedunt in parte remanente, ut hic *in* §. *Videamus*.

De Vulgari Subſtitutione:

Titulus XV.

a Subſtitui in Genere accipias, cùm ponitur alter
Alterius vice, ſubſtitui ſic dicitur arbor
Arboribus primis, pecudum inſtauranſque ruinam
Suffectum pecus. In ſpecie ſupponitur hæres,
Non adeunte gradu, vel deficiente priori
Hæredis, tàm directo ſermone ſecundum,
Quàm flexo moriens admitti juſſerit, eſto
Non verus per verba hæres obliqua vocetur,
Hæredis tamen inſtar onus, fructuſque ſequuntur.
Deficeret [b] prior ergo gradus, vel reſpuat ultrò,
Ius vel adire neget, fato vel ceſſerit antè,
Suppoſitoque gradu directus dicitur hæres
Subſtitui per vulgarem, ceù *Mævius hæres*
Eſto, ſi hæres non fuerit, ſuccedito Cajus;
Hunc tacitè ſupplent, ſi pupillaria tantùm
Verba vocant, leges, veluti *ſit filius hæres,*
Sed ſi hæres erit, ante tamen deceſſerit, annos
Quàm pupillares ætas exegerit, hæres
Sit Sejus quamvis patrio ſe gnatus ab ære
Abſtineat, gaudet Sejum ſuccedere praxis.
In [c] Genere exprimitur quandoque, Breviloqua ſiquam
Contineat, veluti *Mors quandocumque ſequatur*
Hæredis primi gradus hæres eſto ſecundus,
Scilicet hic illo quoque non adeunte vocatur.

a Subſtitutio in Genere eſt unius loco alterius ſuppoſitio; at in ſpecie, prout hìc, eſt poſterioris gradus hæredis Inſtitutio, ut deficiente primo gradu ſuccedat, ſive directis verbis ad ipſum ſubſtitutum, & dicitur ſubſtitutio directa, ſive directis ad primum hæredem, & dicitur fideicommiſſaria, quæ licet in rigore non poſſit dici vera hæreditas, quia tamen ad lucra, & onera ſuccedit, poteſt dici ſubſtitutio.

b Defectus primi gradus accideret primò, ſi hæres primò inſtitutus vel nolit, vel non poſſit acceptare hæreditatem, & tunc ſubſtitutus ſuccedit per directam vulgarem ità dictam, quia communis eſt omnibus, v. g. *Inſtituo Titium hæredem, & ſi hæres non erit ſubſtituo Cajum*.

b Hæc autem ſubſtitutio Vulgaris communiter dividitur in tacitã, & expreſſam, illa continetur in expreſſa pupillari, quam pater filio pupillo expreſſit, *ut ſeq. titulo ex l. jam hoc Iure; ff. de vulg. & pupill. ſubſtit.* itaùt ſubſtitutus in caſum pupillarem, poſſit ſuccedere etiam in caſum vulgaris, & ſic filio non adeunte, quod ſervatur in praxi.

c Subſtitutio autem Vulgaris expreſſa, quæ eſt in caſu non aditæ hæreditatis à primo hærede, quandoque exprimitur in Genere, ſi teſtator vocet ſubſtitutum quando-

Digitized by Google

documque deceſſerit primò inſtitutus, & hæc dicitur ſubſtitutio compendioſa, vel breviloqua. Verùm quia poſt pubertatem non poteſt dari ſubſtitutus directus, niſi in caſum Vulgaris, ideſt non aditæ hæreditatis, & ſoli filiofamilias à Patre poſſit dari ſubſtitutus directus, ſi deceſſerit pupillus, nec in Codicillis poteſt dari directa hæredis inſtitutio, ideò poſt aditam hæreditatem, vel poſt ætatem pupillarem, expirat directa ſubſtitutio, & niſi foret etiã fideicommiſſaria, ſubſtitutus omninò excluditur; Idemque dicendum eſt, ſi ſubſtitutio fiat in Codicillis, nam ſi non ſit fideicommiſſaria, quod tunc habet locum, quando conſtaret Teſtatorem voluiſſe potiùs per Codicillos, quã per Teſtamentum diſponere, ſubſtitutio evaneſcit, *l.ult.C.de Codicillis*.

Sed quia poſt pupillares extraneus annos
Vult ſibi ſubſtitui tantùm vulgariter hæres,
Primo adeunte gradu, ceſſant directa ſecundo
Verba, niſi obliquo placeat ſermone vocari;
Et cùm directus Codicillo protinùs impar
Succeſſor foret, utiliter directa nec ille
Adijceret per verba gradum, niſi flectere malis,
Hæredisque fidem primi à moriente gravari,
Cui Codicillari eloquio diſponere pluſquàm
Per teſtamenti tabulas placuiſſe pateret.
Pluribus [a] impariter diviſo hæredibus Aſſe,
Mutua quos inter placuit ſucceſſio, primo
Poſterior gradui ſimilis quota dividit Aſſem,
Ni contrà vel onus par indicet omnibus æquè
Adiectum, expreſſo vel nomine quiſque vocetur.
Si [b] ſocius ſocio hæredi ſupponitur hæres,
Alter & huic gradus accedat, ſi deſit uterque,
Tertius amborum Jus, atque onus exigit hæres.
Alterius [c] ſervo, ingenui quem legibus uti
Cenſebat moriens, deſcripto hærede, ſecundus
Quo ceſſante gradus placuit, concede Patrono
Semiſſem (cui par Abbas, cùm neſcius inter
Connumerans Laycos Monachum ſuccedere juſſit
Teſtator,) gradui ſemiſſem trade ſecundo.
Subſtituens [d] utrinq; Genus ni expreſſerit, æquum
Comuni cunctis forma Jus continet omnes.

a Si plures ſint hæredes inſtituti, ſed inæqualiter, & deindè ad invicem ſubſtituti; cenſentur eadem proportione ſubſtituti, qua inſtituti, niſi aliter colligatur vel ex adjectione æqualis oneris, vel expreſſione proprii nominis. *ut hic in §. etſi ex diſparibus.*

b Si duo ſint hæredes inſtituti, & ſecundus ſubſtitutus primo, & ſecundo tertius, ſi neuter acceptet hæreditatem, tertius cenſetur utrique ſubſtitutus, & ad utriuſque onera tenetur, undè non per Jus accreſcendi, ſed Jure ſubſtitutionis ſuccedit, *ut hic in §. penult. Argum. ex l.licet Imperator, ff. de leg.1.*

c Si ſervo alieno hærede inſtituto, quem Teſtator liberum exiſtimabat, detur ſubſtitutus, hæreditas dividitur inter Dominum, & ſubſtitutum, ut hic *in §. fin.* Idemque in Abbate ſervandum eſt inſtituto hærede Monacho, quem Teſtator laycum putabat.

d Si Teſtator plures hęredes inſtituens ipſos ad invicem ſubſtituat, non expreſſa ſpecie ſubſtitutionis, vulgaris ſcilicet, aut pupillaris, cenſetur ſubſtituere in illa tantùm ſpecie, cujus omnes ſunt capaces; quarè ſi inter illos hæredes adſit extraneus,

Digitized by Google

vel filius extra patris poteſtatem, vel poſt pubertatem,ſubſtitutio erit ſolùm vulgaris, etiam ſi adſit alius filius in poteſtate,& infrà pubertatem, qui eſſet capax ſubſtitutionis pupillaris, *l. jam hoc Iure, ff. de Vulg. & Pup.*

De Pupillari Subſtitutione.

TITULUS XVI.

[a] PRimo adeũte gradu nequeunt directa,paterno
Ni tantùm Imperio, hæredẽ ſupponere verba;
Accipit hunc pupillari ſub nomine proles,
Quam retinet ſuitate Pater, ſi ſcilicet antè,
Quàm pubes fiat, fato conceſſerit. Ergo
Nequidquam mater,ſuitas cùm deſit,adoptans
Vel genitor(maternus Avus, proavuſq;nepotem
Ni optarent) jubet hæredem ſuccedere proli
Legitimæ. Contrà utiliter dat qui arrogat,et ſi
Suppoſitus Patris tantùm bona vindicet hæres,
Cætera legitimis aut ſucceſſoribus,aut cui
Natura Genitor juſsit,data cautio reddit.
Exprimit [b] ætatem teſtator ſæpè, ſuamque
Dic ſpeciem exponi, veluti *ſit filius hæres*
Sed ſi hæres erit, antè tamen deceſſerit, annos
Quàm pupillares ætas exegerit, hæres
Sit Sejus. Silet ætatem quandoque,ſuumque
Dic genus expreſſum, ceù *quandocumque ſequatur*
Interitus gnati heredis, ſuccedito Sejus,
Nam pupillares tantùm diſponit in annos,
Suppoſitus quibus emenſis collabitur hæres,
Directi ni obliqua fidem per verba gravari
Hæredis placeat. Tacitam quandoque ſubaudit
Expreſſo Genitor vulgaris nomine tantùm.
Adiectus [c] bona pupilli ſibi vindicat hæres,
Cognati, agnatique ſilent,Matriſque Trientem
Ex-

a Solus Pater poteſt directum ſubſtitutum filio in poteſtate exiſtenti, & in pupillari ætate decedenti dare, ſecùs verò Mater,frater, pater adoptivus, niſi eſſet Avus, vel Proavus paternus, vel maternus; arrogator verò poteſt, ſed ſubſtitutus ſolùm ſuccedit in bonis ipſius patris arrogatoris, nã in bonis filii arrogati ſuccedunt conſanguinei, vel ſubſtitutus à Patre naturali juxtà cautionem, quam Pater arrogator præſtitit, *ut 1.lib.de adoption. dictum eſt*.

b Hæc autem ſubſtitutio vel eſt expreſſa,ſi ætas pupillaris in ſpecie exprimatur, aut ſaltem in genere per verbum *quandocumque*, itaùt poſt pubertatem expiret, niſi flectatur in fideicommiſſum,vel eſt tacita,contenta ſub Vulgari expreſſa, nam ſi Pater filio ſubſtituat in caſum,quo non fuerit hæres, cenſetur etiam tacitè ſubſtituere in caſum, quo hæres erit, & impubes deceſserit, *d. l. jam hoc Iure*.

c Subſtitutus Pupillaris omnes filii pupilli agnatos excludit, etiam matrem à legitima, *c. ſi pater de teſtam. in 6*, Et quamvis ſi filius teſtaretur poſita legitima ætate, ma-

Digitized by Google

Excludit, quamvis etenim ſi filius, ætas
Cui ſua non deſit, teſtetur, debita matri
Sit quota, teſtanti non eſt lex dicta marito.
Imò nec removet ſola exiſtentia matris,
Quem tacitè Vulgaris habet, ni fortè paternum
Suadeat elogium pariter cum conjuge prolem
Hæredem inſtituens, ſuo enim largitus ab ære
Semiſſem uxori, gnati bona cuncta daturus
Cenſetur vir. Teſtati ſed militis uxor,
Cujus nuda ſequi ſancitum eſt verba, repellit.
Major [a] pupillo frater cum fratre cohæres,
Suppoſituſque illi, comunis vota parentis
Primi lege gradus adiens, & adire ſecundo
Cogitur, impubes ſocius cùm deficit hæres:
Si Major priùs occumbat, quæſita remittit
Jura ſuis; par huic ſocius, quemcumque dediſſet
Pupillo Genitor, quamvis extraneus hæres.
Sed [b] nec inutiliter puero ſupponitur hæres,
Eſto gravis Patri collata injuria nomen
Hæredis meritò exuerit; tantùm ergo vocatur
Ad bona Pupilli ſucceſſor: Vana parentis
Vota, gradu, ſequitur ſententia lata, ſecundo.
Si [c] placet hæredem generali nomine Proli
Supponi, ceù *quiſque mihi ſucceſſerit, hæres
Eſto pupillo*, deſcriptum intellige tantùm
Adiungi hæredem gnato, licet alter ab ipſo
Acquirat, velut alterius ſi ſervus (idemque
Jus parit è gnato ſuitas) deſcribitur hæres,
Nil etenim Domino ſervus, genituſque parenti,
(Eſto gradus adiens concedat Jura prioris
Ad bona defuncti) pupilli nomine transfert,
Antè puellares ſi quàm hic exegerit annos,
Occidat, aut Domini Imperium, patriſque ſolutum eſt.

matri legitimam teneretur relinquere, non tamen ad id obligatur pater, & maritus reſpectivè pro filio teſtans. Imò etiam ſi ſubſtitutio pupillaris ſit tacita, contenta ſcilicet in Vulgari expreſſa, matrem quoque excludit, niſi appareat de contraria patris voluntate, uti eſt caſus *in l. ult. C. de Inſtitut. & ſubſtit.* in qua pater filium ſimùl cum matre, uxore ſcilicet ſua hæredem inſtituit, cui enim ſemiſſem ſuæ hæreditatis maritus reliquit, cenſetur totam filii pupilli hæreditatem relicturus, ut in eadem lege Juſtinianus docuit. Id autem non procedit in milite, cujus tantùm expreſſa verba attenduntur, & ſic non continetur in Vulgari pupillaris, & ita procedit *Tex. in l. precibus, C. de Impub. & aliis ſubſtit.*

a Frater major inſtitutus hæres cum fratre pupillo, eique ſubſtitutus, ſi adiverit ex prima inſtitutione, nequit repudiare ſubſtitutionem, & ſi premoriatur fratri pupillo traſmittit Jus ad ſuos ſucceſſores, quod in quocumque alio Patris hærede procedit *l. qui patri, ff. de acquir. hær.*

b Etiam filio Exhæredato poteſt Pater dare ſubſtitutum pupillarem, qui in bonis ipſius filii tantùm ſuccedat: quòd ſi teſtamentum Patris ſit nullum, etiam nulla erit ſubſtitutio, *ut hìc in §. Non ſolùm cum ſeq.*

c Si Pater generaliter filio ſubſtituat non expreſſo nomine ſubſtituti, v.g. *Quiſquis mihi*

Digitized by Google

mihi hæres erit, ſubſtituo, cenſetur ſolùm vocaſſe, quem ſcripſit hæredem, non verò illum, cui hæreditas acquireretur, ità ſi hæredem ſcripſerit ſervum alienum, vel filium familias, qui Patri, vel Domino acquirerent, hi enim non vocantur ad ſubſtitutionem, ſi tempore quo ſubſtitutio defertur, eſſet vel mortuus, vel manumiſſus ſervus, vel emancipatus filius, *l. qui liberis*, §. *Hæc verba, ff. de vulg. & pup. ſubſt.*

Ad §. Qua ratione.

a EXemplo Pupillaris genitrixque, paterque
Subſtituit gnato, ſi demens occidat, ipſi
Sed conſanguineos tantùm ſupponere fas eſt.
Denique b poſterior gradui *compendio* adhæret
Primo hæres, plures ſpecies quo continet una
Vox, velut *hæredis mors quandocumque ſequatur,*
Subſtituo; ſed directo ſermone vocatum,
Quam prior admittit ſpecies directa, ſecundum
Hæredem ſequitur; dat vox obliqua gravamen,
Cui placuit praxi comunia jungere verba.

a Ad exemplum Pupillaris poteſt pater, & mater ſubſtituere filio fatuo, ſi in fatuitate deceſſerit, ſed ſolos conſanguineos poſſunt ſubſtituere.

b Denique ſubſtitutio dicitur *Compendioſa*, quæ plures ſpecies uno verbo amplectitur, v.g. *quandocumque hæres deceſſerit, ſubſtituo*. In qua ſi verba ſint directa ipſi ſubſtituto, continetur illa ſpecies directa, cujus eſt capax hæres inſtitutus. Si verò verba ſint obliqua, ideſt directa ad hæredem, ſubſtitutio erit fideicommiſſaria, idemque ex praxi comuniter ſervatur, ſi verba ſint comunia, quæ ſcilicet poſſint & ad hæredem, & ſubſtitutum referri.

Quibus modis Teſtamenta Infirmentur.

TITULUS XXII.

c FRangeret interdum caſus, licet edita primo
Momento valeant vota, ut concepta Propago,
Ni monſtrum foret, aut genitore ſuperſtite fato
Ceſſit, nam benè compoſitum Prætoria ſervat
Sanctio Judicium; ſecùs eſt, ubi poſthuma Patri
Orta, deinde diem clauſit, quam ſcilicet antè
Conceptam Patris ſiluiſſet inutile votum.
Naturam ſequitur Civilis Adoptio, prolem
Imperio patris exutam morientibus addens;

c Teſtamentum quamvis à principio validum, quandoque reſcinditur. Primò per conceptionem prolis ſupervenientem ſive legitimæ, & naturalis, ſive legitimę tantùm per arrogationem, vel adoptionem ab Avo; quòd ſi fuerit partus monſtruoſus, ex æquitate Prętoria ſervatur te-

Ex-

Excipe [a] adoptivam ſpeciem,cui nulla paratur
Quæſtio præteritæ, vitiet qua vota Parentis
Legitimi,ni optaret Avus,Proavuſque nepotem.
Corrumpit [b] quoque perfecto revocata Voluntas
Elogio; quandoque minùs ſolemniter actum
Antiquat teſtata priùs, ſi extraneus hæres
His placuit, mox legitimo ſucceſsio fertur,
Teſtibus aut coram,quamvis non ritè,priori
Diſſona mens pateat,decimuſque elabitur annus.
Accedit [c] Capite extrema,mediaque minutus,
Poſt Teſtamentum, ſpecie,qua Civis ab Urbe
Ob crimen deportatur,vel prælia captum
Ingenui Jure exuerent, niſi fictio robur
Adderet, hoſtili nam qui ſua fata triumpho
Libertate carens copulavit, fingitur hora
Deceſſiſſe prius, bello quàm vicerat hoſtis;
Si redeat,quaſi non capti ſententia firma eſt.
Reſcindit [d] quoque ſe tradens Teſtator, ut alter
Arroget, exceptis teſtato è milite votis,
Et quos Prælati Imperio Profeſſio ſubdit.
Sed [e] quamvis tabulæ feriant priùs acta ſecundæ,
Si tamen hæredem placet his ad certa vocari,
Indiſtincta priùs votum cùm Jura dediſſet,
Reddito poſterior,tacita quaſi voce gravatus
Acceptum primo hæredi,niſi quæ ſpeciali
Nomine Teſtator conceſſit: denique [f] ſcriptus
Non adiens, ſocio non exiſtente,caducat.

teſtamentum,vel ſi antè patris teſtatoris obitum fuiſſet mortua, ſecùs verò, ſi fuiſſet concepta tempore teſtamenti,& præterita, nã teſtamentum ab initio nullum fuit.

a *Ut lib. 1. de Adoption. dictum eſt*.

b Revocatur ſecundò Teſtamentum per aliud Teſtamentum perfectum, & quandoque etiam per minùs ſolemne,ſi ſcilicet in primo fuerit inſtitutus extraneus, in ſecundo conſanguineus, vel ſi Teſtator coram Teſtibus,quamvis non legitimè intervenientibus revocaverit primum Teſtamentum,& deinde lapſi fuerint decem anni, *ut hic in §. Ex eo autem, l. hac conſultiſſ. §. Ex imperfecto, & l. ſancimus, C.de Teſtam.*

c Ulteriùs revocatur Teſtamentum per Capitis diminutionem ſive maximam, ſive mediam; Verùm ſive Jure poſtliminii, ſive fictione legis Corneliæ non reſcinditur Teſtamentum, ut in ſimili dictum fuit *in primo lib. tit. quibus modis jus patriæ poteſt. ſolvitur*.

d Prætereà reſcinditur Teſtamentum, ſi Teſtator poſt conditum Teſtamentum ſe daret arrogandum, cùm tranſeat in poteſtatem Patris arrogatoris, id autem non procedit in Milite, & Religioſo Profeſſo, *Auth. Ingreſſi, C. de Sacroſ. Eccl.*

e Notandum tamen eſt,quòd ſi in primo Teſtamento hæres fuiſſet inſtitutus abſque diſtinctione bonorum, & in ſecundo ad certa bona, cenſetur ſecundus hæres gravatus reſtituere primo hæreditatem,exceptis illis bonis ſibi ſpecialiter relictis, *ut hic in §. Sed & ſi quis,* dummodò Teſtator voluerit valere etiam primum Teſtamentum.

f Tandem ſi hæres non adeat hæreditatem, nec ſit alius cohæres, Teſtamentum caducatur, *ut hic in §. Poſteriore*.

De

Digitized by Google

Titulus XVIII.

a Si Pater injuſtè filium exhæredaverit, vel quia non expreſſerit cauſam, vel quia non probetur, propoſita querela Inofficioſi Teſtamenti, quod ſic dicitur, quia contra Patris officium conditum eſt, reſcinditur quoad hæredis inſtitutionem, quamvis antiquitùs in totum, quòd ſi fuerit relicta filio portio, quamvis non ſufficiens ad legitimã, ceſſat querela, & ſolùm datur actio ad ſupplementum, *ut Auth. ex cauſa, C. de lib. præteritis, & l. omnimodò, C. de Inoff. Teſtam.* Idemque Jus eſt, ſi mater filium prætereat injuſtè, & è contra ſi filius parentes injuſtè exhæredaverit, vel ſi frater infamem perſonam inſtituerit, ſive talis ſit à Natura, ſive à Jure, ſive per Judicis ſentẽtiam, *ut hic in verſ. Soror autẽ.*

a Immeritam Genitor ſi hæredis nomine prolem
Exueret, Patris contempto munere, nullam
Scilicet aut cauſam memorans, aut quæ foret impar
Teſtibus, oppoſitis pereunt teſtata querelis.
Et quamquam, fatui quaſi mentem omninò vetuſta
Lex premeret, ſcriptus tantùm modò corruit hæres,
Vis remanet ſua legato. Par quæſtio matris
Frangeret Elogium, tacita quo prole vocatur
Succeſſor; contrà ſimili quoque Jure parentes
Utuntur; ſequitur frater, famoſus ut hæres
Teſtato placuit fratri, natura, vel ipſum
Jus feriat, ſontem vel Judicis urna repellat.
Si quota, legitimæ licet impar, lege relicta eſt
Hæredis, repleat Judex, ceſſante querela.
Legatum b vanis perimit ſibi queſtibus Actor,
Ni quem lex urget, pupilli ut nomine Tutor,
Cui propè Curator, ſequitur cum Patre maritus.
Legitimam c è prolis numero diſtingue. Trientem
Quatuor accipiunt; ſemiſſem quinque, vel ultra;
Abſit onus, vel conditio cum tempore, toto
Ni pater hæredes ex Aſſe ſubire gravamen,
Legitima tenùs aut jubeat ſuccedere natos.

b Si legatarius vanis querelis impugnet Teſtamentum, niſi ex officio, ut Tutor, Curator, Maritus, &c. amittit legatum, *ut hic in* §. *Si Tutor.*

c Si filii ſint quatuor, vel infra, legitima eſt tertia pars hæreditatis paternæ; ſi ultra, eſt medietas, in qua legitima non poteſt aliquod onus, vel conditio, aut tempus apponi, niſi in caſu, quo Pater filium in tota hæreditate inſtituat, gravando etiam in legitima, aliàs adderet hæredem, relicta filio ſola legitima, ut not. *DD. in l. quoniam in prioribus, C. de Inoff. Teſtam.*

De

Digitized by Google

De Hæredum Qualitate, & Differentia.

TITULUS XIX.

a Hæredes vel ſunt neceſſarii, ut ſervi à Domino ſuo inſtituti, vel ſui,& neceſſarii, ut filiifamilias, & quamvis poſſint hi quoque ob beneficium Prætoris abſtinere, ſemper tamen Jure Civili sūt hæredes, quippè qui adhùc vivente patre erant Domini, & poſt mortem ſolam bonorum adminiſtrationem recipiant, *l. in ſuis, ff. de lib. & poſth.* vel tandem ſunt extranei, & & omninò liberi arbitrii, conceſſo ſibi anno ad deliberandum circa hæreditatis aditionem, quī ob eorum mortem præcedentē poteſt cōpleri à ſuis ſucceſſoribus. Poſt annum verò, & non facta declaratione, ſolus filius trāſmittit in ſuos hæredes Jus adeundi paternam hæreditatem, ſive ſit ſui Juris, ſive emancipatus, *l. is qui, §. Si quis, ff. de acquir. hæred. l. cùm in antiquiorib. C. de Iure delib. & l. un. C. de his qui ante apertas tab.*

b ſufficit tamen hanc declarationem facto exhiberi, ſi ſc. hæres id egerit, quod nō poteſt fieri citrà Jus, & nomē hæredis, *ut hìc in §. Itē extraneus.*

c Quia verò ob æs alie-

a HÆredum triplex variat ſucceſſio formam;
Quippe vel invitos quoſdam parere neceſſum eſt
Defuncti tabulis, ità ſervus cogitur hæres.
Additur à gnato ſuitas, quaſi qui ſua Patre
Occupat elato; quin etſi ſpontè paternis
Abſtinet, hæredem Civili nomine nunquam
Exuit, extincto neque mox Genitore fit, olim
Qui fuerat, Dominus, tantùm poſt fata miniſtrat.
Huic tamen indulgens Prætor conceſſit, ut ultrò
Jus adeat ſibi delatum, vel ſpontè recuſet.
Tertius accedit defuncto extraneus hæres,
Cui plenum favet arbitrium, patrioque ſoluta
Aſſidet Imperio ſoboles; at adire magis nè,
Reſpuere an menti ſedeat, ſibi conſulat anno,
Cùm ſe defuncti elogio, vel Jure vocatum
Noverit, incæptamque diem ſucceſſor adimplet,
Si nondùm exacto fatis conceſſerit anno;
Quo tamen emenſo dumtaxat filius hæres,
Tàm ſuus, exutus patria quàm lege, paterna
In bona Jus moriens hæredibus utile transfert.
Non b tamen expreſſis adeundi vota neceſſum eſt
Omninò verbis edi; ſat, nomine tantùm
Quæ liceant hæredis agi, ſi geſſerit hæres.
At c cùm ſæpè ignota alieni emergeret æris
Hæredi gravitas, cui non ſuffecerat æquum
Teſtator pondus, primum nec flectere votum
Fas erat, ergo ſuas nè lex ſuperaddere vires
Cogeret, haud rarò moriens hærede carebat,
Temperat antiquum nova lex utrinque gravamen,
Excluditque dolos, ternis ubi menſibus, ex quo
Delatum ſibi ſucceſſor Ius noverit, omnes
Commoneat, quorum intersit (Proclamate facto

Si

alienum ignotum hæredi excedens facultates defuncti hæres ſemel adita hæreditate, de proprio tenebatur, ac proindè cùm non poſſet hęreditatem ſemel aditam repudiare,nè huic periculo ſupponeretur, hæreditatem renunciabat. Id correxit Juſtinianus legem Inventarii introducens, ut ſcilicet hæres infrà tres menſes, ex quo noverit ſibi delatam hæreditatem, vocatis omnibus, quorum intereſt, ſive perſonaliter, ſi cogniti ſint, ſive per Edictum,ſi ſint incogniti,deſcribat ſolemniter omnia,& ſingula bona defuncti, & ſic tutus eſt;ſi quid autem fraudulenter celaverit,tenetur ad duplum,*l.ult.C.de Iure delib.*

Si lateant, notos præco ſpecialiter addat)
Et numero referat defuncti pignora, dupli,
Si quæ celaſſet,pœnam pro fraude daturus.

De Legatis.

Titulus XX.

a Legatum definitur donatio quædam à defuncto relicta, ab hærede pręſtanda,nam licet quandoque Teſtator ipſe rem tradat, non tamen dominium transfertur,niſi ſequuta morte, aliàs eſſet donatio inter vivos, ac proinde eſt neceſſaria perſona hæredis, qui Teſtatoris loco dominium transferat.

b Olim quatuor erant genera legatorũ. Primũ dicebatur *Vindicationis*, quod non poterat fieri in rebus alienis, quia vindicatio ſoli Domino convenit. Alterum dicebatur *Præceptionis*, quod ferebatur uni ex hæredibus antè quàm cum aliis hæreditatem divideret. Tertium erat *damnationis*,qua hæres damnabatur, ideſt cogebatur legatum tradere. Quartum erat *per ſinendi modum*.

c Quia verò ex nimia

[a] Legatum eſt Munus quoddam à moriente relictum
Expectans hæredis opus civiliter illud
Præſtantis,quamvis etenim quandoque vel ipſe
Teſtator tradat, ſeù legatarius ultrò
Accipiat, nunquam Domini poſt fata lucratur,
Ni morientis agens perſonam transferat hæres.
Priſca [b] Genus quatruplex conceptis tempora verbis
Legandi docuere. *Petat*, ſeù *Vindicet*: *Hæres*
Præcapito: *damnas eſto*: *Permittito*. Prima
Legabat ſpecie Dominus,qui vindicat unus;
Altera in Hæredem,quem prædilexerat,antè
Quàm ſociis bona divideret,legata ferebat
Teſtator: Hæredis opus *damnando* popoſcit;
Permiſſiva pati voluerunt verba gravatum
Hæredem, velut. *Hæc ſinito deducere Cajum*.
At [c] cùm materies impar foret omnibus una,
Sæpè ſuis olim periit fruſtrata voluntas
Viribus; ergo novo confirmat robore virtus
Mutua legati ſpeciem,nam quiſquis alius
Rem leget verbo *Petat*, aut *ſibi vindicet*,eſto
Nil ageret,quia non Dominus,ſi conſtet id actũ
Conſultò, (quòd agenti onus eſt) *damnatio* vires
Sufficit,ut vel emat, pretio vel adimpleat hæres
(Vendere ſi Dominus renuat) legata,gravatus
Ceù verbo *damnas eſto*. Si Pignoris ultra

Digitized by Google

mia obſervantia verborum legata ſæpè caducabantur, præcipuè *vindicationis*, quod non poterat conſiſtere in re aliena. Ideò ſtatuit Juſtinianus, ut una ſpecies legati ex alia vires reciperet, & ſic legatum *vindicationis* in re aliena factum habetur tamquam legatum *damnationis*, itaùt hæres teneatur emere rem alienam, vel ſi Dominus nolit vendere, ſolvere pretium legatario, & ſi res illa ſit pignorata, redimere. Id tamen procedit, ſi Teſtator noverit rem eſſe alienam, idque probare tenetur legatarius, niſi vel ratione conſanguinitatis, vel cauſæ piæ præſumi poſſit Teſtatorem legaturum fuiſſe, etiam ſi ſciret rem eſſe alienam, *ut hic in* §. *Sed olim cum ſeq.* §. *Non ſolùm, & in* §. *Sed & ſi rem.*

Legato jungatur onus, vel ab ære redemptam
Convento dabit, aut pretium; ſed inutile munus
Ignorans aliena daret, non quippè ſcienter,
Ni conſanguinitas jubeat, Pietaſque, daturus.
Hæc [a] ultrò, citròque gravis contractus, ut emptum,
Si daret antè, ſuus fato quàm ceſſerit author,
Hæredem ad pretium quoque legatarius urget;
Si dono accepit, legati nomen inane eſt,
Nè geminata lucrum perſonæ conferat uni
Cauſa, licet validè pretium condiceret Actor
E ſervo, moriens cui rem legaverat, etſi
Hanc priùs ex lucro Dominus quæſiverat, ipſum
Ni ſervum feriat munus, neque prorsùs eidem
Perſonæ duplex nomen donantis adhæret.
Pluribus [b] ex votis cùm res legatur eidem
Perſonæ, pretiumque prior perſolverit hæres,
Dat rem poſterior; ſpeciem ſi quæſtio prima
Legatam dederit, pretii cadit actio, quo res
Ipſa ſuo conſtat; rem non complectitur aurum.
Si ſpeciem replicet moriens, ſemel exigit actor,
Si ſummam geminet, legatum duplicat hæres.
Dat [c] quoque legati ſpeciem *Partitio, rerum*
Semiſſem veluti *Sejo do, lego mearum,*
Aut *Hæres mea cum Cajo partire*; tenetur
Hic quoque, ſi gravitas alieni emerſerit æris;
Legatique ſuum Jus incrementa ſequuntur.

H Vi

a Si res illa aliena ante obitum Teſtatoris fuiſset acquiſita per legatarium titulo oneroſo, ideſt ex emptione, poteſt legatarius agere contra hæredem ad pretium, ſecùs ſi ex titulo lucrativo, nè duæ cauſæ lucrativæ concurrant in eadem re, & perſona. Id autem limitatur, ſi ex alterius perſona, quàm donatarii, legatum conſequatur, v.g. ſi Dominus ex propria perſona donationem, ex perſona verò ſervi legatum, vel è contra conſequeretur, nam tunc duæ cauſæ lucrativę non concurrerent ex eadem perſona, *ut hic in* §. *Si res aliena*, & *l. ſi ſervus legatus*, §. 1. *ff. de legat.* 1.

b Ex eadem ratione procedit, quòd ſi eadem res aliena à pluribus Teſtatoribus legetur uni perſonæ, non poſſit legatarius, qui rem habuit ab uno hærede, petere ab alio pretium, quia habens rem habet & pretium, non ſic è contra, *dicto* §. *Si res aliena*. Item ſi Teſtator geminet legatum ſpeciei, ſufficit hæredi ſemel rem tradere, ſecùs ſi geminaret quantitatem, *l.* 34. §. *Si eadem*, *ff. de legatis primo*, ſemper enim concurrerent duæ cauſæ lucrativæ circa eamdem rem, & perſonam.

c In legato partitionis tenetur legatarius proportionaliter ad onera hæreditaria, & lucrifacit eadem proportione, *ut in l.* 8. & *ſeq. ff. de leg.* 2.

Digitized by Google

Vi quandoque ſua fideicommiſſa tuentur
Legatum, teſtatus enim ſi deficit hæres,
Vel Codicillari tabula defertur (inani
Etſi olim voto) ſtabit; ſæpè illa viciſſim
Hoc juvat , ut vel perſonam petat actio ; vel rem .
Quæ [b] nondum ſunt, ſi liceat ſperare futura,
Partus ut ancillæ, utiliter legantur;inani
Spe caderet legatum;Hæres,ſi incerta,caveto .
Acceſſus [c] legatum auget,primoque perempto
Corruit,inſtructus veluti ſi chaſmate fundus
Legatus pereat,nequidquam vindicat Actor
Inſtrumenta agri; legata peculia ſervus
Deficiens quoque corrumpit, ſeù fata priori
Interitu Domino eripiant, ſeù mancipet illum
Pondere ſervili moriens, vel diſtrahat ultrò.
Res [d] Domino legata ſuo,cui prorsùs inane
Accedit puro collatum nomine munus,
Antè licet fatum authoris diſtracta, Catonis
Regula inutiliter petitur, ni adiecta futurum
Conditio expectet, diſtracto pignore,tempus.
Si quæ [e] fortuitus gaudet ſuſpendere caſus
Nomina,ſive diem pacto conventa moratur
Actio,ſimpliciter legato debitor auxit ,
Nec dubio eventu,nec tempore pellitur Actor.
Legatum [f] Dotis , numerata pecunia quamquam
Non foret,expreſſa ſumma,lucrabitur uxor.
Si Grex [g] legetur,pecudum nece corruit,eſto
Legatum ſervet reliquis ovis una ſuperſtes .

Cùm

a Legata & fideicommiſſa ſe invicem tuentur , & vim communicant,nam licet antiquitùs,legata in Codicillis , vel ab inteſtato non valuerint,valent tamen hodiè,è contra fideicommiſſa, quæ olim non erant efficacia, utpotè ſoli fidei,& rubori hæredis nitebantur , hodie tamen ex legato virtutem recipiunt, & ſic producunt efficacē actionem tam contra perſonam , quàm contra rem, *ut hìc in §.Sed non uſque* .

b Si legentur res, quæ non ſunt , ſi ſperentur futura , ut partus ancillarum , valet legatum,ſecùs non valet , etſi id dubium ſit , tenetur hæres cautionem dare , *ut hìc in §. Ea quoque* .

c Si quid legato accedit,ipſum auget,& deſtructo legato , deſtruitur augmentum, nam ſi legetur fundus inſtructus , vel ſervus cum ſuo peculio, deſtructo fundo, mortuo, aut manumiſſo ſervo non datur legatario actio ad fundi inſtrumenta , vel ad ſervi peculium , *l. 1. ff. de pecul.leg.*

d Legatum rei propriæ ipſius legatarii, quamvis diſtractæ antè obitum Teſtatoris , inutile eſt,niſi legatum ſit conditionale, & diſtractio fiat antè eventum conditionis ex regula Catoniana, *l.cætera §.1.ff. de leg. 1.*

e Si debitor ſub conditione, vel ex certo tempore legaverit purè ſuum debitum creditori , ſtatim poteſt exigi, *ut hìc in §. Ex contrario* .

f *Ut hìc in §. Sed ſi Uxori* .

g *Ut hìc in §. Sed ſi Grex* .

Le-

Cùm [a] Domino pereant ſua, nil extincta gravabit
Hæredem ſpecies, adiens quam ſcilicet ultrò
Tranſtulit, at pretio redimat, quam fraude peremit,
Aut lata culpa; Contra ergo pecunia quanti
Lege relicta premit; Generiſque ſimillima vexat
Conditio nunquam peritura, videlicet unum
Incerto Dominus leget ſi nomine ſervum,
Cùm plures habeat; fuerit nam quiſque ſuperſtes,
Legato accedit; ſi omnes poſt fata manerent,
Optimus immeritò petitur, foret infimus impar.
Interdum [b] plures legato jungit eodem
Teſtator, verbis tantùm ſi necteret idem
Sermo, velut *Sejo, & Cajo do partibus æquis*
Agrum, principio diviſis Juribus ambo
Utantur, ſociuſque ratam, quam reſpuit alter,
Jure accreſcendi, adiectumque onus exigit; at ſi
Vel tantùm res, vel ſermo coniungeret, & res,
Ceù *Cajo fundum lego, do Pamphylo eundem,*
Vel *Cajo, & Sejo fundum do, lego*, creatur
Portio concurſu, ſolidum teſtator utrique
Cùm primò dederit, meritò qua ſe abſtinet alter,
Jure ſuo partem concors ſibi vindicat, illi
Impoſitum nec ferret onus. Non jungit utrumque,
Sed transfert voti referens legata prioris
Teſtator, ceù *quæ legavi prædia Sejo*
Cajo lego: adimit pariter, ſi diſtrahat ultro,
Si ob cauſam transfert, pretio damnabitur hæres.

H 2 Nil

a Legatum ſpeciei petit legatario, dummodò non adſit dolus, vel culpa hæredis, nã cùm translatum ſit dominium rei legatæ tempore aditionis hæreditatis, caſus fortuiti ipſi legatario accidunt; ſecùs verò in legato quantitatis, niſi quantitas legetur ſub ratione ſpeciei, v. g. pecunia recondita in tali loco, &c. Idem eſt in legato generis, quod in quolibet individuo conſervatur, niſi fuerit genus generaliſſimum, ut Animal, vel ens, & adimpleretur dando muſcam, vel feſtucam. Quòd ſi habens plures equos, vel ſervos unum indiſtinctè reliquit, ſufficit hæredi mediocrem equum reddere legatario, *ut hìc in* §. *Si generaliter*, *ubi Gl.*

b Quandoque Teſtator conjunctim pluribus perſonis legat eamdem rem. In hoc caſu, ſi conjunctio ſit ſolùm verbis, quandò ſcilicet eadem oratione vocat legatarios, ſed dividit partes, pars unius repudiantis acquiritur ſocio cum oneribus per Jus accreſcendi. Si verò conjunctio ſit vel ſolùm re, ſcilicet nulla facta partium diſtinctione, ſed diſtinctis orationibus, vel ſimùl re, & verbis, non facta ſcilicet nec partium, nec orationum diſtinctione, tunc pars repudiantis acquiritur ſocio per Jus non decreſcendi, hoc eſt Jure ſuo, nec partes ſunt factæ ab initio, ſed faciendæ eſſent, quando uterque concurrerent, cùm Teſtator unicuique totum reliquerit, unde non tenetur ad onera ſocio repudianti relicta. Non diceretur autem Teſtator conjungere, ſi in ſecunda oratione mentionem faciat primi legati, ſed potiùs transferre legatum à primo in ſecundum. Idemque eſt ſi voluntariè rem legatam alienaverit, ſi verò ex cauſa neceſſaria, hæres tenetur ad pretium, *ut hìc in* §. *Si rem ſuam, & in tit. ſeq.*

Digitized by Google

Nil [a] varians certæ perſonæ nomen obeſſet
Actori, neque legatum corrumperet error
In cauſa,veluti *quia ritè negotia geſſit,*
Do, lego fundum: Par demonſtratio falſa,
Ceù *lego ſervum vernam*,tamen iſte ſit emptus.

a Si conſtet perſona, & voluntas Teſtatoris, non nocet legatario falſa expreſſio nominis,cognominis, & agnominis, vel cauſæ, aut demonſtrationis, *ut hic in* §. *Si quis in nomine cum ſequentibus*.

De Ademptione, & Translatione legatorum.

Titulus XXI.

[b] Legato quandoque ſuas ab origine vires
Lex negat,ut teſtamento peccante,caducat
Interdùm inde ſequens eventus, ut edita proles.
Sæpè adimit verbis,vel re mutata voluntas;
Quandoque & transfert,veluti *mea Prædia Cajo*
Lego,quę Cajo legavi prædia, Sejo
Lego,vel *Cajo, quin Sejo prædia lego*.

b Legatum corruit vel ob Teſtamenti defectum tàm in principio, quàm ex caſu ſuperveniente, vel per mutatam Teſtatoris voluntatem ſive re, alienando rem legatam, ſive verbis, ſi ſcilicet facta prima diſpoſitione, adderet,*quod legavi Titio, lego Cajo*, vel in eadem oratione v.g. *lego fundum Titio, imo Cajo*,cenſetur enim transferre legatum à Titio in Cajum, *ut hic*.

De Lege Falcidia.

Titulus XXII.

[c] Quartam ex legatis,deducto funere, & omni
(Si quæ alieni æris premeret) gravitate,relictæ
Cum libertatis pretio,ſibi detrahit hæres.
Hæc tempus morientis amat;nil ergo ſequenti
Partu ancillarum decederet, addita ni quod
Conditio levet,eventu variante,gravamen;
Nec quid legato emergens jactura nocebit.

c Si tota hæreditas oneretur legatis, poteſt hæres, deductis oneribus, expenſis funeris, & pretio libertatis forſan relictæ, detrahere quartam partem ex legatis, quæ debet commenſurari juxta facultates Teſtato-

At

Digitized by Google

At [a] ſi onus omninò expleri ſuus imperet author,
Quarta ſilet, cui adde pias cum milite cauſas;
Inventarii opem contemnens aſſidet hæres,
Compenſatque, ſibi hæredis quod lege relictum
eſt.

toris tempore mortis, unde augmentum, vel decrementum neque hęredi, neque legatariis prodeſt, vel nocet, niſi Teſtator reliquiſſet legatum conditionale, & conditio ceſſaverit, tunc enim diminuto onere, proportionaliter diminuitur Falcidia, *ut hic in §. Quantitas*. In qua compenſat quidquid titulo Inſtitutionis ſibi relictum eſt, *l. in quartam, C. ad legem Falcid.*

a Hæc autem Falcidia poteſt à Teſtatore expreſsè prohiberi, *Auth. ſimiliter, C. ad legem Falcid.* Item ceſſat ſi hæres non conficiat Inventarium, *l. ult. §. Sin vero, C. de Iure delib.* Item in legatis piis, & in teſtamento militari.

De Fideicommiſſariis Hæreditatibus, & ad Senatus Conſultum Trebell.

Titulus XXIII.

[b] SI placet obliquo hæredem ſermone vocari,
Æquo legatis directus nomine quartam
Detrahit. Hunc fruſtrà moriens expellere tentat,
Invitum nam cogit adire, & reddere Judex.
Eſto [c] tamen, quam Jura quotam deducere gaudent,
Funeris, & gravitas alieni vulneret æris,
Si placeat ſpecies defuncto, reddat ut hæres
Cætera, non illam funus, non pignora carpunt.
Si [d] Gnato Pater hæredi, patruuſque nepoti
Addat onus, differt tacitè ſubiecta gravamen
Conditio *Proles illi ſi nulla ſuperſit*,
Nam ſua cuique magis cordi, quàm aliena Propago eſt.

b Ad ſimilitudinē Falcidiæ ex legatis, detrahit hæres quartā Trebellianicam ex fideicommiſſis, quæ tamen non poteſt prohiberi a Teſtatore, cùm poſſit hæres cogi adire hæreditatem, & reddere fideicōmiſſario amiſſa in hoc caſu quarta, ſecùs in legato, *l. quia poterat, ff. ad Trebell.*

c Si hæc quarta detrahatur ex diſpoſitione Juris, debent priùs deduci onera, ut in legato. Si verò ipſe Teſtator aliquam ſpeciem aſſignaverit, nulla fit detractio.

Huic

d Si Pater, aut patruus filium, vel nepotem hæredem inſtitutum gravet fideicommiſſo univerſali, cenſetur tacitè adiecta conditio, *ſi ſine filiis deceſſerit*, cùm nemo præſumatur propriam ſucceſſionem alienæ poſtponere, *l. cùm avus, ff. de condit. & demonſtr.*

a Fi-

Digitized by Google

Huic [a] ſi Naturæ placeat quota, nulla Senatus
Conſulto rata deſertur, nec quippe dodrantem
Adiectum ſuperaret onus, ſi ex aſſe trientem
Legitimæ titulo deduxit, debita quamvis
Creditor, & quartam ſcriptus deduceret hæres,
Haud etenim gnatis compar ſucceſsio tradens
Legitimam, fert hæredis quoque nomine Pignus,
Ergo defuncti è rebus tantùm ipſe trientem
Exigit; æqualem ſupplet ſibi filia dotem.

a Filius gravatus ſi legitimam detraxit, nō poteſt aliam quartam detrahere, excepta filia, cui ſi legitima non ſufficiat ad dotem, poteſt ſupplementum deducere ex fideicommiſſo, *l. mulier*, *§. Cùm proponeretur, ff. ad Trebell. Auth. Res quæ, C. comunia de leg.* Si enim filius prò legitima trientem deduxit, jam in hæreditate non remanent, niſi octo unciæ, & ſic gravamen fideicommiſſi non attingeret dodrantem. Et quamvis creditor, qui ſimùl eſt hæres ſui debitoris, poſſit deducere debitum, & deinde quartam, id tamen procedit, quia creditum non detrahit titulo hęreditario, ſed creditoris, undè tantò minus cenſetur eſse in hæreditate, at verò filius legitimam deducit titulo hæreditario, undè non poteſt dici tantò minus eſse in hæreditate, & conſequenter triens hæreditatem diminuit, quod non obſcurè docet *Textus in dicto Auth. Res quæ*, ubi filiæ conceditur facultas ſupplendi dotem ex fideicommiſſo, ſi legitima non ſufficiat, adderet *Textus, ſi nec quarta Trebellianica cum legitima ſufficeret.*

De ſingulis Rebus per Fideicommiſſum relictis.

TITULUS XIV.

[b] TAm collectivo hæredem ſermone vocari,
Singula quàm fideicommiſſo adiungere Ius eſt,
Et par legato accipiunt aliena gravamen,
Scilicet ut redimat, pretio, vel adimpleat hæres
Imperium. [c] Alterius pariter ſi vincula ſervo
Teſtator jubeat, Domino accedente, reſolvi,
Exigit in ſervum Patroni Iura redemptor.

b Fideicommiſſum poteſt vel univerſale, vel in ſingulis rebus imponi, & ſi imponatur in re aliena, regulatur ad inſtar legati, ut ſuprà dictum eſt.

c Si Teſtator jubeat manumitti ſervum alienum, & Dominus accepto pretio conſentiat, Jura Patronatus non primo Domino, ſed redemptori acquiruntur, *ut hic in §. Libertas cum ſeq.*

Digitized by Google

De Codicillis.

Titulus Ultimus.

a Si perfecto Teſtamento velit Teſtator aliquid addere, vel diminuere, abſque novi Teſtamenti ſolemnis conſtitutione, id licet in Codicillis, quinque adhibitis Teſtibus, dummodò non inſtituat, vel ſubſtituat directum hæredem, vel directè amoveat inſtitutum, neque conditionem illi addat, *ut hic in princ. & §. Codicillis*, poſſet tamen gravare per fideicommiſſum. Unde introducta eſt clauſula Codicillaris, ut ſi Teſtamentum non valeat Iure Teſtamenti, valeat Iure Codicilli, per quam hæres ab inteſtato cenſeatur gravatus per fideicommiſſum reſtituere hæreditatem Teſtamentario. Verùm hæc clauſula non proderit hæredi Teſtamentario, ſi ab initio petierit hæreditatem, tamquam ex illo Teſtamento ſibi delatam, exceptis filiis, & aliis conſanguineis *l. fin. C. de Codicillis*.

a SI quidquam placeat votis ſolemnibus addi,
Vel minui, Iuris forma ceſſante, remoto
Vel prorsùs Teſtamento diſponere, Ius eſt
In Codicillari tabula, cui quinque rogati
Accedant Teſtes, directo nomine tantùm
Excepto hæredis, fruſtra quem ſubdita differt
Conditio, vel poſterior gradus occupat, eſto
Utiliter obliqua fides per verba gravetur.
Hinc defecturis Codicilli clauſula vires
Concilians Teſtamentis acceſſit, ut hæres
Reddere legitimus, tacito quaſi Iure, rogetur,
Aſt ubi teſtati ſpecie delata vocato
Hæredi primùm placuit ſucceſsio, nullum
Addita ſufficeret Codicilli clauſula robur,
Corrupto Teſtamento, neque flectere votum,
Ni conſanguineis defuncti hæredibus, æquum eſt.

Finis Libri Secundi.



IN

Digitized by Google

INSTITUTIONUM CIVILIUM
LIBER TERTIUS.
De Hæreditatibus, quæ ab Inteſtato deferuntur.

Titulus Primus.

a Deficiente Teſtamentario ſucceſſore, ſive ob nullitatem, ſive ob caducitatem Teſtamenti, vocantur à lege ſucceſſores defuncto ab inteſtato Deſcendentes, Aſcendentes, & Collaterales; Ideò ſit.

a Ast ubi vel nullum prorsùs, vel inane dediſſet
Teſtator votum, ſcriptus vel reſpuit hæres,
Legitimum inteſtata parit ſucceſſio nomen.

Caput Primum.

De Succeſſione Deſcendentium ab Inteſtato.

b Quia naturaliter deſcendentes aſcendētibus ſuperſtites ſunt, ideò lex ipſos primùm ad ſucceſſionem vocat, ſervata gradus prærogativa; verùm ſi concurrat cum gradu ſuperiori gradus inferior, hic per repræſentationem gradus paterni fit æqualis, ita tamen, ut ſi plures ſint perſonæ repræſentantes, non habeatur ratio circa numerum repræſentantium, ſed perſonæ repreſentatæ, itaut ſi adſit unus filius, & ex filio præmortuo quatuor nepotes, medietas debeatur filio, alia medietas nepotibus, & ſic in aliis deſcendentibus ſervatur, & hæc ſucceſſio vocatur in ſtirpes, *ut hic in* §. *Cùm filius*.

b HÆc ſibi Jura prior deſcendens linea, voto
Naturæ accedens, captat, qua filius omnes
Anteit; indè nepos, pronepos, & cætera Pubes.
Non tamen omninò Genitoris ab ære nepotes
Ille ſuos removet; defuncti quippè parentis
Jura ſubingreſſis gradui delata paterno
Concedit; ſequitur pronepos, aliique deinceps
Pluribus è gnatis, proprii nam quæque Propago
Lege Patris, quaſi tranſmiſſo ſibi nomine, gaudet.

Filius [a] ergo gradu primo ſucceſſor adhæret,
Aut lucem vivo nactus genitore,paterno
Poſthumus aut fato,mas,fœmina, protinùs omni
Sublato veteri ſexus diſcrimine,Patris
Vel gravet Imperium,vel jam dimiſerit,eſto
Legibus hic olim ignotus foret.Excipe [b] Monſtrũ,
Quemque ſuo genitrix non tempore prodidit , aut quem
Injuſtus concepit hymen, [c] niſi Curia honeſtis
Adderet oblatum,reliquis quem fratribus æquat,
Si vivens offert Genitor; nil poſthuma carpit
Legitimo Juris quæſiti oblatio fratri;
Ergo nec utiliter (juſto niſi deficit orta
Fœdere Progenies) vel Principe dante fit hæres,
Vel Teſtamento Patris plus accipit, uni
Quàm detur fratri. Par quem Profeſſio reddit
Legitimum, Patri [d] quam ferret Adoptio, proles
Natura genitis accederet. Excipe Feuda,
Ni quæ Civilem Domino conferre placeret
Directo in ſobolem; quam ſanat Fœdus, habebit
Feuda patris, juſtum niſi prima ab Origine Votum
Expectant,& Natura prior anteit omnes.
Simpliciter [e] naturalis,quem innupta parenti
Conjugii fuco mulier copulata creavit,
Sextantem, modo legitima cum conjuge deſit
Progenies, alimenta ſecùs genitoris ab ære
Vindicat. Incæſtus,Meretrix, damnataque prorsùs
Luxuries, Matrem proli comunicat unam,
Ni foret illuſtris mulier,partuſque ſuperſit
Legitimus, Genitorem omninò ſeparat, eſto
Dent Canones alimenta, ſuam quoque filia dotem,
Impar nè accedat quæſtus,nuptura lucratur.

CA-

a Ut habetur *hic & in titulis ſeq. & in l. maximum vitium, C. de lib.præter.& in Auth.de hæred.ab int.*§.1.

b Ut *not.DD. in l. ſeptimo menſe,ff. de ſtatu hom.*

c Filius illegitimus non ſuccedit,niſi à Patre fuerit oblatus Curiæ, *l. ſi quis, & l. quoniam, C. de natural lib.* quæ oblatio ſi fiat ab ipſo filio poſt mortem Patris,non poteſt præjudicium inferre Juri quæſito cæteris fratribus in paterna hæreditate. Imò nec Pater poteſt in Teſtamento plus ei relinquere,quã uni ex filiis legitimis, nec Princeps poteſt per reſcriptum filiis legitimis præjudicare, *ut in Auth. quibus mod. natur. effic. ſui , §. Si quis igitur,& §.Et quoniam.*

d Filius adoptivus ſuccedit, ſicuti filii legitimi,& naturales, *ut primo lib. tit. de Adop.* niſi in Feudis, ad quæ etiam admittitur , ſi Dominus directus ipſum vocaverit ; legitimatus verò per ſubſequens Matrimonium tunc tantùm ſuccedit, quando in Feudi conceſſione inveſtitura ſit facta pro filiis legitimis,& naturalibus, ſecùs verò,ſi pro filiis ex legitimoMatrimonio deſcendentibus,quod cùm conſiſtat in facto præterito,non poteſt à lege ſuppleri.

e Filius naturalis tantùm ortus ex concubina domi retenta loco uxoris, ſuccedit

in

Digitized by Google

in duabus unciis,non exiſtente legitima uxore,nec prole,aliàs in alimentis , *Auth. licet, C. de natural. lib.* Filii verò inceſtuoſi,nati ex meretrice,vel damnato coitu, omninò à paterna,etſi Mater fuerit Illuſtris perſona, vel adſit proles legitima , etiam à materna ſucceſſione repelluntur, *l. ſi qua Illuſtris, C. ad Senatus Conſ. Orfic.* de Jure autem Canonico ſuccedunt in alimentis, & filia in dote , *c. cùm haberet de eo qui duxit in Matrim. quam poll. per adult.*

Caput II.

De Succeſsione Aſcendentium ab Inteſtato.

a Deficiente linea deſcendentium , vocantur Aſcendentes , ſervata omninò Gradus prærogativa , nec datur repræſentatio , naturaliter enim filius Patrem , non Pater filium repræſẽtat. Quòd ſi filius reliquerit bona ipſi ex linea paterna comparata , in his ſuccedit Pater , ſi ex linea materna, Mater. In adventitiis Pater retinet uſumfructum ; quòd ſi ſimùl cum parentibus adſit frater utrinque conjunctus , hic ſuccedit cum parentibus in uſufr. & proprietate , *Auth. defuncto, C. ad Tertull.* Ceſſantibus verò Patre, & Matre, medietas pertinet ad proximiorem aſcendentem ex parte patris , medietas ad proximiorem ex parte matris abſque diſtinctione bonorum , ſive paterna ſint , ſive materna , *Auth. de Hæredibus ab inteſt. §. Si igitur filius* .

a Deſcendens ſi deſit, utrumque admitte Parentem ,
Dein alios aſcendentes, propiorque remotum
Omninò Gradus expellit ; nil ergò ſuperſtes
Dat Genitor, vel Mater Avo, quaſi Jura parentis
Ingreſſo . Patri tantùm concede, paterna
Linea quæ obtulerat, quæ dat Materna , ſequantur
Matrem ; quæſitumque ſemel cum fructibus uſum ,
Si quæ fors dederat, retinet Pater . Adde Parenti
Conjunctos gemino lateri cum fratre ſororem,
Queis diviſa ſuum concedit portio fructum.
Si abſit uterque parens, ſemiſſem è Patre nepoti
Proximus aſcendens, ſemiſſem è Matre cohærens
Accipit, amoto prorſùs diſcrimine rerum .

Digitized by Google

Caput III.

De Succeſsione Collateralium ab Inteſtato.

a Succeſſor ſi rectus abeſt, tranſverſa ſit hæres
Linea defuncto, agnatûm diffuſa per omnes,
Cognatûmque gradus; potior ſed proximus eſto
Defuncto, ni fortè nepos ex fratre ſuperſtes
Viventi accedat patruo, nam Jure parentis
Semiſſem recipit; poſt hunc ſuccedere, primo
Exiſtente gradu, nequidquam longior audet;
Ergo ubi vel plures, patruo ceſſante, nepotes,
Progenies vel bina gradu copuletur eodem,
Una vocans omnes numerum lex partibus æquat.
Utraque b defuncto fratri conjunctio fratrem
Ex uno latere expellit; ſi neuter utrinque
Jungitur, amborum Jus eſt æquale, remoto
Et rerum, &, quo junguntur, diſcrimine, ſexus.
Nulla c illegitimo fratri comunio fratrem
Legitimum nectit; quamvis quos una creavit
Mater, ad Edictum Prætoris Iure vocentur.
Oblato Patris tantùm bona Curia transfert.

a In linea tranſverſali non habet locum repræſentatio, niſi in caſu, quo ſimul cum fratre defuncti concurreret filius ex alio fratre defuncto; quòd ſi vel non adſit frater defuncto, vel adſint nepotes ex pluribus fratribus defunctis, ſucceſſio defertur in capita, & ſervata gradus prærogativa, *ut in Auth. de hæred. ab inteſt.* §. *Si neque fratres*.

b Frater utrinque cōjunctus excludit cōjunctum ex uno latere, quòd ſi neuter ſit utrinque conjunctus, ſuccedunt æqualiter abſque rerum, & ſexus diſtinctione, *ut ex d. Auth. de Hæredibus ab inteſt.* §. *Si igitur*.

c Frater illegitimus non ſuccedit fratri legitimo, niſi ambo ſint uterini, nam ad bona materna à Prætore ad invicem admittuntur, *l. hac parte cum ſeq. ff. unde cogn.* Oblatus verò Curiæ ſolùm ad bona Patris ſuccedit, *Auth. quibus modis natur. effic. ſui*, §. *Filium verò*.

De Statuto Civitatis, & Regni Neapolitani excludente fœminas ab Inteſtato.

d Sed licet æqualem fratri inteſtata parentum
Comuni faciat ſucceſſio Iure ſororem,
Fœmineam tamen hic maris exiſtentia prolem
(Ni vario Genitore uterus coniunxerit unus)
Excludit, ſolamque pari nuptura marito,

d In Civitate, & Regno Neapolitano ſoror excluditur à ſucceſſione parentum per fratrem, non tamen uterinum, nec adoptivum,

Et

Et juxta vires mulier dotem accipit : Hanc ſi
Poſt decimum ſexto ſucceſſor diſtulit anno
Solvere quæſitus, maribus par illa virili
Utitur, in Regno quamvis prò dote ſuperſit
Quæſtio , ubi patruus neptem non vinceret , impar
Nec foret,obliquo lateri ſi à Iure vocentur
Hæredes,fratri ſoror; Hic dotata parentis
E rebus mulier concederet. Excipe fratrem ;
Quem vetitus peperiſſet hymen, à Principe quamvis
Legitimi decus accedat,niſi Fœdus honeſtet
Indè ſequens . At,quem civilis Adoptio patri
Addidit, æqualis natura filia fratri eſt .

vum , neque illegitimum,nec legitimatum per reſcriptum Principis , benè tamen per ſubſequens Matrimonium. Eſt tamen differentia inter Jus Regni *per Conſtitutionem in aliquibus*,& Jus Municipale *per Conſuet. ſi quis,vel ſi qua* , & *ſed ſi morienti* . Nam de Jure Regni non excluditur ſoror niſi à ſucceſſione parentum , de Iure verò municipali etiam Collateralium . Item de Iure municipali ſi frater differat maritare , & dotare ſororem poſt lapſum ætatis annum decimum ſextum, ſoror dicitur maſculiata , & uti maſculus ſuccedit, ſecùs verò de Iure Regni , in quo ſemper manet actio pro dote , *ut in dictis Conſtitut. & Conſuet.*

Caput IV.

De Succeſsione inter Virum, & Uxorem.

a Si conſanguineus deſit, ſucceſsio fertur
Mutua Coniugibus Feudali nomine dempto.
Quin deducit inops quadrantem è Conjugis ære
Defuncti mulier,quem deficiente lucratur
Progenie, transfertque ſuis hæredibus,uſum
Acceptura ſecùs tantùm cum fructibus; auri
Uſque tamen centum libras , quaſcumque reliquit
Defunctus vir opes, fas eſt attingere; quarto
Sed gnato exiſtente,quotam ſibi vindicat æquam;
Nec ſibi Ius quæſitum opibus dein exuit auctis;
Nulla tamen tabulas teſtati quæſtio frangit.

a Deficientibus cõſanguineis conjuges ſuccedunt ad invicem excepto Feudo;& uxor pauper poteſt ex bonis viri ab inteſtato (non autem contra Teſtamentum) deducere quartam, quæ tamen non excedat libras cẽtum auri,quoad uſumfructum filiis exiſtentibus;non exiſtentibus autem etiam quoad proprietatem, niſi numerus filiorum ſit ultrà tres,tunc enim virilem accipiet, *ut in Auth. ut lic.Matr. & Au. §. Quia verò* ; nec facta deinde locuples amittit jus ſemel acquiſitum .

Digitized by Google

Caput V.

De Succeſſione Fiſci ab Inteſtato.

a In omnium defectum ſuccedit Fiſcus, *l. 1. C. de bonis vac. lib. 10.* liberto autem ſuccedit Patronus, Monacho Monaſterium, ſi ſit capax, *Auth. Ingreſſi, C. de Sacroſ. Eccl.* & Prælato Eccleſia tamquam ſponſa, *c. ſtatutum* 18. *q.* 1.

[a] SI & Conjux deſit, Princeps, (largita Patronum
Ni vult libertas præferri), admittitur: Abbas
Accedit Monacho, niſi cùm votiva repellit
Paupertas, quem, conjugii quaſi lege cohærens
Pontifici, ſequitur ſecluſo Eccleſia Fiſco.

De Gradibus Cognationum.

Titulus II.

b Conſanguinei inter ſe eadem menſura differunt, qua à primo ſtipite, *ut hic.* Prima tamen ſucceſſio eſt lineæ rectæ continentis deſcendentes, & aſcendentes.

c Recitantur hic gradus lineæ deſcendentis.

d Recitantur hic gradus in linea Aſcendentium.

[b] MEnſuram deſume gradus è ſtipite primo;
Scilicet undè prior pendet conjunctio, nexus
Qua Conſanguineos par ſecum continet, ex quo
Unuſquiſque gradu primæva ab origine diſtat.
Tranſverſæ directa præit ſed linea, gnatos
Amplectens reliquis cum deſcendentibus infrà;
Suprà Aſcendentes Patrem, cum Matre ſequuntur.
Vindicat [c] ergò gradus infrà ſibi Iura prioris
Filius; inde nepos, pronepos huic proximus, & par
Filia Ius habet; hanc ſequitur cum nepte proneptis,
Abneptis poſt, atneptis, ſtatuitque trineptem
Cum trinepote gradu deſcendens linea ſexto.
Reſpondent [d] ſuprà Genitor cum Matre priores,
His Avus accedit nullo diſcrimine ſexus,
Hunc ſequitur Proavus, Abavus cui proximus, indè
Attavus, huic ſextus ſucceſſor trittavus hæret.

Pro-

Digitized by Google

Proximus è latere æqualis cum fratre ſorori
Eſt [a] gradus, hos infrà ſequitur fraterna Propago,
Ceù gnatus, vel gnata, nepos cum nepte, proneptis
Et pronepos, poſt abneptis, dein cætera pubes.
Reſpondent [b] ſupra ſimilis cum fratre ſorori
Defuncti cum fratre ſoror; patruumque nepoti
Adiungas, amitamqne patris cum fratre ſororem,
Quo pariter gradu Avunculus, & Matertera, frater,
Atque ſoror matris gaudent, quibus adde ſobrinũ,
Quem materna ſoror genuit, patruelis adhæret
Editus è Patruo, gradus hos amplectitur unus,
Dein Patruus magnus, amitam cui addito magnã,
Et par magnus Avunculus, & Matertera magna.

a Recitantur hic gradus in linea tranſverſali deſcendentiũ, in qua notandum eſt, non dari de Iure Civili primum gradum, ſed incipere cognationem à ſecundo gradu, cùm enim dicto Iure tot ſint gradus, quot perſonæ, non poteſt dari unus gradus, ſicuti in linea recta, in qua datur unus Pater, Avus, unus filius, nepos, &c. non poteſt dari tamen unus frater, ſed neceſſariò duo fratres, & ideò fratres ſunt in ſecundo gradu.

b Recitantur hìc gradus Aſcendentium in linea tranſverſali, quos rarò ſucceſſio egreditur.

De Servili Cognatione.

Titulus III.

[c] SI libertino naſcatur libera proles;
Mutua Iure novo ſucceſsio fertur utrinque.

c Olim filius libertini Patri non ſuccedebat, nec è contrà, quod correctum eſt, *ut hic*.

De Succeſſione Libertorum.

Titulus IV.

[d] SI deſit ſoboles liberto, admitte Patronum,
Progeniemque gradu prorsùs præeunte priori,
Ni quintum obliqua egreditur conjuncta patrono
Linea. Teſtati manet incorrupta Voluntas;
Si tamen excedat congeſta pecunia centum
Au-

d Liberto ſine filiis decedenti ſuccedit Patronus, & ejus filii, & collaterales uſque ad quintum gradum, ſervata gradus prærogativa; quòd ſi libertus condiderit Teſtamentum,

tum, & habeat facultates ultrà centum aureorum ſummam, tenetur tertiam relinquere Patrono ſive Iure Inſtitutionis, ſive legati, ſi ipſe libertus deceſſerit ſine filiis, vel non ſint ipſi hæredes, *ut hic in §. Sed noſtra conſtitutio cum ſeq.*

Aureos, omninò gnatus vel deſit, adire
Vel renuat, vel Iura negent, concede Trientem;
Seù placet hæredis, legati aut Iure, Patrono.

De Aſſignatione Libertorum.

TITULUS V.

a Pater poteſt ſuum libertum aſſignare uni ex filiis in poteſtate exiſtenti, ſecùs emancipato, niſi conjunctim cum filiofamilias, cui ſoli debeatur Ius Patronatus, *ut hic in prin. & l. unum, ff. eodem.*

a ETſi in libertum Patris Ius omnibus unum
Sit gnatis, poterit reliquis præferre paternum
Imperium fratrem, ſolus qui Iure patroni
Gaudeat; huic ſi defuncto ſupereſſe parentem
Accidat, æquali fratres dein Iure fruuntur.
Nequidquam præfert, patriæ ſi ſolverat antè
Vincla Poteſtatis. Verùm ſi ſubdita proles
Addatur, validè libertum aſſignat utrique.

De Bonorum Poſſeſſionibus.

TITULUS VI.

b Ad ſimilitudinem hæredis fuit à Prætore inſtitutus Bonorum poſſeſſor, qui licet à principio non ſit verus Dominus, tamen poſtquam longo tempore poſſedit, fit verus Dominus.

c Hæc autem bonorum poſſeſſio defertur vel ex teſtamento, vel ab inteſtato; Ex teſtamento quidem primò filiis emancipatis hæredibus inſtitutis, qui

b ASſidet hæredi Prætoris Iure bonorum
Poſſeſſor, dominum quem non acceptio rerum
Prima facit, niſi legitimi conjungitur uſus
Temporis, eſto vices hæredis præferat, omne
Ut lucrum, juſſumque onus à moriente ſequatur.
Dat c binas Prætor ſpecies, ut poſtulet Actor
Poſſeſſum, primam teſtati nomine ducit,
Qua juxta, aut contra tabulas ſucceſſor adhæret
Defuncto, veluti ſi, quam Pater exuit antè
Imperio, prolem inſtituat, cùm nulla vocaſſet
Actio, Civili ignotam quaſi Iure, benignus
Vult juxtà tabulas Patri ſuccedere Prætor,

Quam

Digitized by Google

qui Iure Civili non ſuccedebant, & dicebatur bonorum poſſeſſio ſecundùm tabulas. ſecundò filiisfamilias, qui licet dè Iure Civili ſuccederent, tamen ſi infrà triginta annos continuos à die mortis patris non adiviſſent hæreditatem, excludebantur; undè plus quãdoque confert annus Prętorius ad petendam bonorum poſſeſſionem,

Quam ſi præteriit, per contra admitte, pa ternis
Reſciſſis tabulis; quin & ſubiecta juvatu r
Progenies Prætoris ope, Civilia quamv is
Iura vocent, uti cui ſæpè videlicet uno
Prætoris, quàm triceno, plùs proderit a nno.
Quippè dies tãtùm numerat, quibus actio po ſſit
Inſtitui, ex quo delatum Ius noverit hæres.
Utilis [a] & Patri ſcripto conceditur annus,
Agnatoque dies centum cùm conjuge proſunt.
Altera [b] Poſſeſſus dicta à Prætore bonorum
Eſt Inteſtati ſpecies, civilibus hærens
Legibus, ergo gradus gaudet præferre priores.

qui non incipit, niſi à die ſcientiæ delatæ hæreditatis, & ſolos dies Curiales numerat, quàm triginta anni Civiles ad hæreditatem petendam, qui incipiunt à die delatæ hæreditatis, & currunt indiſtinctè, *ut hìc in §. In petenda*.

a Hic autem annus, qui dicitur utilis ad differentiam anni civilis, qui dicitur continuus, datur etiam patri inſtituto; aliis verò conſanguineis, & conjugibus dantur centum dies, *ut hìc in §. Cùm igitur*.

b Si verò nullum adſit, vel inutile Teſtamentum, defertur à Prætore bonorum poſſeſſio ab inteſtato juxta ſucceſſionem ab inteſtato à lege Civili inductam, ſervata ſcilicet gradus prærogativa.

De Acquiſitione per Arrogationem.
TITULUS VII.

c Pater arrogator ſuccedit filio arrogato poſt pubertatem decedenti inteſtato, ſi tamẽ non emancipaverit, *ut hìc*.

c QUem ſibi ſpontè Patrem Civili Iure vocavit
Exutus naturalis vir lege parentis,
Et ſucceſſorem, pubes ſi cedat, habeto.

De eo, cui libertatis cauſa bona addicuntur.
TITULUS VIII.

d Si Dominus ſervo libertatem legaverit, & nullus velit hæreditatem acceptare, nec

d SI libertatis legato munere, nemo
Tàm ſcriptus, quã legitimus accederet hæres
Defuncto, non immerito ſibi nomine poſcit.

Digitized by Google

Addici bona libertus,quem ſcilicet omnis
Legati gravitas, alieniquè urgeat ęris.
Hunc propè Ius æquum ſibi legatarius aptat;
Quin poterit,quamvis morienti extraneus,uti.

nec ex Teſtamento; nec ab inteſtato, poterit id agere libertus, vel alter legatarius, & his deficientibus quilibet extraneus,qui tamen ad onera hæreditaria obligatur, *ut hic, & in Auth. de Hæred. & Falcid.*

De Succeſſionibus ſublatis.

Titulus IX.

a HÆredum placuit quondam Genus addere duplex
Nam primo renuente,alieno è pignore pondus
Nè premeret, validè nummo, quaſi Creditor empti
Nomine,defuncti ſibi Iura accepta ferebat,
Succedens oneri, quod cùm, ceù viribus impar,
Ingratum fuerit, conventis ergo bonorum
Pignoribus Iudex poſſeſſum deſtinat æquum.
Par b Ius Ingenuam, ſervo quam ſpontè libido
Iunxerat, ancillæ ſub ſtegmate tranſtulit olim
Imperio Domini, rebus qui accederet hæres,
Quòd cùm ſæpè foret permiſſum fraude, remotum eſt.

a Olim dabantur duo ſucceſſionis caſus. Primus erat, cùm quis tanta creditorum mole premeretur, ut nemo ipſius hæreditatem acceptare vellet, creditor uno nummo accipiebat,quaſi emiſſet, bona hæreditaria, aliis concreditoribus ſatisfacturus, quòd uti periculoſum ipſi creditori ſublatum eſt, & datur à Judice immiſſio creditori in poſſeſſionem bonorum ſui debitoris juxta crediti quantitatem, *ut hic in princ.*

b Alter caſus erat,ſi ſervus alienus vitiaſſet mulierem ingenuam conſentientem, nam hæc fiebat etiam ſerva Domini,qui ei ſuccedebat,quod etiam ſublatum eſt,ſæpè enim Domini in fraudem id procurabant, *ut hic in fine.*

De Obligationibus.

Titulus X.

c OBligat id,quod præſtandum Ius exigit,ipſum
Vel tantùm Natura ferat,velut edita nudis
Pactio ſi verbis placuit,quam nulla ſequatur
Formula Civilis, mentiſque videlicet uno
Ducitur aſſenſu, fruſtra quo poſtulat Actor
Conventum, quamquam repetentē tradita pellat

c Obligatio in Genere ſumpta eſt Iuris vinculum, quo ad aliquid tenemur,ſivè tantùm naturaliter,ex ſolo ſcilicet naturali cōſenſu, ſine forma Iuris Civilis,ut ſunt pacta nu-

Ex-

Excipiens; vel utrumque velit Ius addita pacto
Forma, quæ & Actorem creat, acceptumque tuetur.
Hoc vel contractu, vel crimine, cum quaſi Ius eſt,
Contractumque creant Res, Littera, Verba, Voluntas.

nuda, quæ non producunt actionem, ſed ſolam retentionem, & exceptionem; vel etiã civiliter, ſi pacta formam Iuris Civilis cõtineant, ad actionem, & exceptionem producendam. Hæc autem obligatio naſcitur ex contractu, vel quaſi ex contractu, ex delicto, vel quaſi. Contractus autem celebratur Re, Verbis, Litteris, & Conſenſu. Ideò ſit.

Quibus modis Re contrahitur obligatio.

Titulus XI.

[a] Mutuum amat primò rem, quam ſic tradit eodem
In Genere ut repetat, quid, quantum, quale datum ſit,
Nec ſatis invito meliori pignore pondus
Redditur acceptum, quamvis, & in ære luatur
Aurea, ni ſpeciem numerata pecunia ſignet;
Hinc certum repetens oritur condictio certi.
Fungibile ergo genus conventio mutua rerum
Omninò expectat, quo ſcilicet altera munus
Exigat alterius, veluti quæ pondere conſtant,
Menſura, numeroque, meum velut inde tuum ſit.
Impar menſuræ pondus, nec mutua corpus
Prò numero, aut contra patitur conventio reddi;
Nec ſpeciem ſpecies recipit, cùm deſit utrinque
Functio. Nil [b] ſortem largito creditor auget
Tempore, ni damnum lucri jactura vel addat.

a Primus contractus, qui Re celebratur, eſt Mutuum, quo res noſtras alii concedimus in eodem Genere, qualitate, & quantitate recepturi. Undè neceſſariò exigit materiam reciprocæ functionis, adeòut non poſſit conſiſtere in ſpeciebus, ſed in ijs, quæ pondere, numero, vel menſura conſiſtunt. Imò nec poteſt invito mutuatori reſtitui res melioris conditionis, licet poſſit reſtitui pecunia ærea prò aurea, mutuum enim non cõſiſtit in materia, ſed in valore, niſi pecunia ſit tradita, non ut quantitas, ſed ut ſpecies. Hinc oritur condictio certi, qua certum petimus. Mutuum ergò non ex eo dicitur, quia de meo fit tuum, hoc enim omnibus contractibus tranſlativis convenit, ſed ità dicitur, quaſi meum tuum, cùm enim ſit facienda reſtitutio in eodem genere, qualitate, & quantitate, moraliter cenſetur eadem res reſtitui, quæ accepta eſt.

b Non poteſt Creditor ratione temporis aliquid ultra ſortem principalem recipere, & contraria opinio damnata eſt, ſolùm ratione lucri ceſſantis, vel damni emergentis conceditur.

Digitized by Google

Rem [a] vult Contractus de *Indebito*, ut antè ſolutum
Immeritò, placeat reddi cum fructibus, error
Poſtquàm conſtiterit, vel ſumma fefellerit, aureos
Ceù ſi mille dedit, centum qui debuit, impar
Vel ſpecies, ut ſi prò ſervo tradidit agrum,
Sive, quod incertus gaudet ſuſpendere caſus;
Solvit, contractum puro quaſi nomine, Pignus;
Non repetit, certus tantùm ſi diſtulit annus,
Aut ubi Civilis defecit formula pacto,
Vel dubiam dirimit conventa pecunia litem,
Nec reddit pia cauſa; ſciens indebita nunquam
Vindicat; Impubes acceptum reddere fruſtra
Cogitur; at ſi quid ſupereſt, nè fiat alius
Jactura locuples, ex æquo poſtulat Actor.
Re [b] quoque contrahitur, Dominus quam *Commodat*, uſum
In certum gratis largitor, pactus eandem
Omninò ſpeciem reddi; quæ dextruit ergo
Uſus, contractum vitiant; adiecta locati
Nomen amat merces. Domino ſua ſorte perit res,
Ipſe ſuis author culpa cum fraude feritur,
Qua, vel ſprevit iners, quæ mens ſibi conſcia Iuris
Exigit, aut quæ comunis cuſtodia ſervat,
Si furto, aut morbo pereant accepta, gravatur.
Hunc quandoque tamen vel culpa leviſſima plectit,
Si, quæ inſueta daret ſolertia, negligat, uni
Cùm faveat contractus, agrum quo nempè, vel ædes
Accipit à Domino, ut liceat cum fructibus uti.
Contrà ſi tantùm Domino, vel proſit utrique
Contractus, lata culpa cum fraude ligatur
Accipiens, veluti ſterilem, qui frugifer inde
Reddatur, fundum Dominus conceſſerit, aut vir
Commodet uxori gemmas, ut comptior illa
Incedat. Dantem fraudis quoque pęna teneret,
Qua damnum conceſſa dolo vitioſa dedit res,

Aut

a Alter contractus, qui Re celebratur, eſt de Indebito, quo aliquid indebitè ſolutum, ſive error ſit circa corpus, ſive circa conditionem, ſive circa ſubſtantiam, reſtituendum convenitur. Id autem non habet locum, ſi indebitum erat ſolùm ratione tẽporis non elapſi, *l. in diem, ff. de Cond. Ind.* Vel ratione defectus formæ Civilis, ut in pacto nudo. Vel ratione dubiæ litis, *l. ſub prætextu, C. de tranſact.* nec datur repetitio, ſi fuerit ſolutum Indebitum prò cauſa pia, *l. cũ quis, §. Si in ea, ff. de Cond. Ind.* Nec ſi ſciẽter ſolutum fuerit, nec tenetur pupillus reddere quod ſibi, licet indebitè ſolutum eſt ſine Tutoris authoritate, niſi ex æquitate, quatenùs factus ſit locupletior, *l. naturaliter, §. 1. cum l. ſeq. ff. de Condict. Indeb.*

b Tertius Contractus, qui Re celebratur, eſt Commodatum, quo res noſtras alii gratis (aliàs eſſet locatio) ad certum uſum concedimus, eaſdem numero recepturi. In quo contractu ſi res commodata caſu fortuito pereat, perit Domino Commodanti, ſi verò ex dolo, vel culpa Commodatarii, ſive

la-

lata ; omiſſa ſcienter diligentia neceſſaria ad cuſtodiam , ſive levi, omittendo id, quod comuniter ſervari ſolet, ipſi perit; ſecùs verò ſi culpa ſit leviſſima, omittendo id, quod non comuniter ſervari ſolet, ſed tantùm à diligentiſſimo Patrefamilias , niſi vel ipſe Commodatarius hoc periculum in ſe ſuſceperit , vel Commodatum reſpicit ſolam Commodatarii utilitatem, *l. in rebus, ff. Cōmod.* ſecùs verò ſi vel ſolius Commodantis , vel utriuſque. Tenetur etiam Commodator contraria actione , ſi rem vitioſam commodaverit, vel non ſit apta ad uſum conceſſum, vel antè lapſum tempus conventum illam eripiat , & prò immodicis expenſis factis per Commodatarium ad rem conſervandam, *d. l. in rebus*.

Aut hæc conventis impar foret uſibus, illam
Vel rapit invito, pactis adiecta priùs quàm
Lapſa dies patitur, perfectus ni daret uſus ;
Reddit & immodicos contraria quæſtio ſumptus.
Rem [a] vult *Depoſitum*, Dominus quo mobile tradit
Alterius fidei ſervandum, prorsùs eadem
Lege recepturus; meritò nec tranſtulit uſum ,
Nec gravitas æris compenſat, cui foret impar
(Ni poſt emergat) Iuri cùm ceſſerit ultrò
Accipiens, perſona ſtatum ni mutet, ut enſem
Depoſuit ſanus, repetat dein percitus ira .
Cuſtodi non culpa levis , non caſus obeſſet,
Incertum ni ſortis onus ſuſceperit ultrò .
Tantùm ergo lata culpa cum fraude ligatur.
Rem [b] quoque *Pignus* amat contractum, quod licet omnis
In Genere uſurpet Nomen hypotheca bonorum,
Vult tamen in ſpecie quaſi Pugno mobile tradi ,
Quo tutum facit authoris Jus debitor . Ipſa
Id quandoque jubet lex, nam quæ invexit in ædes
Conductor, conventa ligat ſibi penſio, quamvis
Haud expreſſa ſuum caveat ſtipulatio Pignus;
Sic ſocius tacitè ſocium ligat; æqua marito
In ſocerum pro dote fovet Jus actio; coniux
E contra tacito repetit quoque Pignore dotem .
Sorte perit Domino Pignus, ſua Jura tuetur
Creditor; hunc fraus, & fraudi par culpa gravabit .

a Quartus Contractus, qui Re celebratur, eſt depoſitum, quo res noſtras alienæ fidei ſervandas committimus , eadem fide recepturi, unde non poteſt depoſitarius compenſationem opponere, ſi ſit creditor depoſitantis, niſi creditum poſt depoſitum contractum fuerit, vel mutatus perſonæ ſtatus aliud expoſcat , v. g. ſi quis ſanæ mentis gladium depoſuerat, & poſteà in furore exiſtens repeteret , cenſetur enim creditor ſub fide recipiens depoſitum ſuo Juri renunciaſſe , *l. ult. C. de Compenſat.* Et quia Depoſitum regulariter fit favore depoſitantis, ideò depoſitarius ſolùm tenetur de dolo, & lata culpa .

b Ultimus Contractus, qui Re celebratur, eſt Pignus, quod licet generaliter contineat omnem hypothecam, ſpecialiter tamen exigit rem mobilem, quaſi pugno, tradi creditori in ſecuritatem ſui crediti: quod interdum lex ipſa, abſque expreſſa pactione, producit, ſic prò penſione domus locatæ ſunt pignoratæ res ibi inductæ. Sic ſocius obligatur ſocio, ſocer, & maritus prò dote promiſſa ſolvenda , vel reſtituenda , &c.

Digitized by Google

De Verborum Obligationibus.

Titulus XI.

a Conceptis gaudet primùm ſtipulatio verbis
Componi,qua quidquam alio rogitante daturum,
Sive quis acturum ſpondet; ſed utrinque neceſſum eſt.
Excipere ut detur voces,& reddere,quamvis
Prò muto ſervus Domino,ſurdove parente
Contrahat utiliter ſtipulans ſubjecta Propago.
Ergo cum ſurdo mutus,furioſus,& infans,
Mutua quos inter non eſt comunio vocum,
Contractum fruſtrà verbis componere tentant.
Nec ſatis eſt mentem conventis edere ſignis,
Seù ſcripto (ni verbum addas)nec littera,ut *A.B.*
Eſto daret pacto *A* ſpondes? *B* ſpondeo,quippè
Contraheret validè mutus,ſi proferat *A B.*
Contractus vult forma ſequi reſponſa petentem,
Non tamen hunc medians tempus corrumperet,eſto
Immodicum,quin certa magis promiſſio robur
Sufficit expectata diù,ni mens ſtipulantis
Interea oppoſitos converſa fuiſſet ad actus.
Conditio, b aut incerta dies adiecta futurum
Gaudet in eventum ſuſpendere vota,ſuoque
Spem valet hæredi ſtipulans tranſmittere;certus
Si foret eventus,veluti *ſi ſol orietur*,
Jam ceſſit,venitque dies promiſſa petendi,
Non ſecùs, ac puro placuiſſet nomine fœdus.
Si certum placuit conjungere tempus,ut annum,
Jus contracta quidem genuit ſtipulatio, quamvis
Emenſo tantùm promiſſor cogitur anno.
Si ſtipulantis opus pacto convenit,agendo
Inquantum potis eſt, quamquam fruſtratus, adimplet;
Cùmque negativa æternûm ſuſpenderet actum

Con-

a Stipulatio,qua ad alterius interrogationem quis aliquid ſe facturum,vel daturum promittit, exigit omninò verba, & moralé utriuſque præſentiam, & intellectum,adeò ut non valeat per ſigna, nec per ſimplices litteras, v. g. *A. B.* celebrari, etiam ſi conveniſſet, ut per *A* ſignificetur *Promittis?* per *B Promitto*,ſiquidem mutus, qui poteſt has litteras proferre, validè contraheret, quod Textus negat *in l. 1. ff. de verb. oblig.* Poteſt tamen prò Patre, vel Domino muto ſtipulari filius, vel ſervus. Non tamen exigitur, quòd ſtatim interrogatus reſpondeat, niſi ſtipulator ad contrarios actus mentem divertiſſet, imò quò magis differtur reſponſio, magis firma,& deliberata eſt, adeòque perfectior eſt contractus, requiritur tamen prò forma, ut præcedat interrogatio, & ſequatur reſponſio.

b Si ſtipulatio ſit conditionalis, ſuſpenditur, uſque ad conditionis eventum,& ea

pen-

Digitized by Google

pendente ſi deceſſerit ſtipulator, tranſmittit ſpem ad ſucceſſores; quòd ſi conditio ſit certa, non ſuſpendit, & poteſt ſtatim exigi promiſſum; ſi verò addatur certa dies, ſtatim ceſſit dies quoad obligationem, licet nondùm venerit dies quoad exactionem, *l. cedere diem, ff. de verb. ſign.* quòd ſi conditio requirat opus ſtipulantis, cenſetur adimplevisſe, ſi fecerit, quatenùs in ſe eſt, *l. Iabeo, ff. de contrab. empt.* Si verò conditio ſit negativa, & collata in ipſum ſtipulatorem, quia perpetuò ſuſpendit, ex æquitate admittitur ſtipulator ad cautionem, ut promiſſum exigat, ſecùs verò ſi conditio negativa ſit caſualis. Si verò deſtinetur locus, in quo adimplenda eſt promiſſio, ex officio Judex deſtinat tempus, ut poſſit impleri, quòd ſi in pacto adiectum fuerit tempus incongruum loco, ſtipulatio eſt irrita.

Conditio, certus cui non ſupponitur annus,
Si ſtipulatorem feriat, ceù *ſpondeo, Romam*
Si non accedas, ex æquo cautio ſupplet
Contractum, caſum ſi reſpicit, actio nulla eſt.
Si certum ſolvenda locum promiſſio ſignet,
Eſto diem ſileat, Iudex dat tempus eundi.

De duobus Reis Stipulandi, & Promittendi.

Titulus XII.

a Si duo idem ab uno ſtipulentur, dicuntur duo rei ſtipulandi; ſi duo uni idem promittant, dicuntur duo rei promittendi, *ut hic*, quamvis differrent circa modum, vel tempus, ut ſi alter purè, alter ſub conditione, vel ad tempus promittant; Verùm ille ſtatim, hìc adveniente die, vel purificatà conditione conveniri poſſunt, *ut hic in §. fin.* Hæc autem obligatio licet olim fuiſſet in ſolidû, *ut hic in §. Ex hujuſmodi*, hodie tamen dividitur prò rata, niſi vel contrarium expreſſum fuerit, vel alter ex correis non ſit ſolvendo, vel res eſt individua, *ut not. Barth. in Auth. de duobus reis*.

a Pluribus interdùm pariter ſtipulantibus idem
Debitor accedit; credendi hos dicitur ambos
Conjunxiſſe reos; contra quandoque petenti
Promittunt plures uni ſimùl; hoſque viciſſim
Debendi coniunge reos; ſi tempore diſpar
Reſponſum, vel ubi purè promiſerit alter,
Conditio placeat ſocio, ſubſtantia compar
Vult ſimùl eſſe reos, licet id nec verba docerent;
Nec pariter ſtipulans vexabit utrumque, priorem
Quippè ſtatim ligat, eventum deſiderat alter:
Sed quamvis olim ſolidum condixerit Actor,
Hoc tamen expreſsis tantùm ſtipulatio verbis,
Viribus aut alter ſocius concederet impar,
Aut individuum reddi convenit utrinque.

Digitized by Google

De Stipulatione Servorum.

Titulus XIII.

a Servus cùm careat Jure Civili non poteſt ſibi ſtipulari, poteſt tamen prò Domino, vel cui ſit res tradenda, ſive ipſi ſervo, ſive conſervo, ſivè impersonaliter; & niſi ſtipuletur aliquod perſonale, ut uſusfructus, tranſit ad Domini hæredes; quòd ſi plures ſint Domini, omnibus æqualiter acquiritur, niſi ex aliquo ſigno contrarium pateat, puta ſi unus ex Dominis uxorem duxerit, & ſtipulatio ſit de dote, vel unus ex Dominis poſſideat fundum, & ſtipulatio ſit de aliqua ſervitute ipſius fundi, cùm non poſſit dari ſervitus in re propria, vel unus tantùm mandaret, &c. Quòd ſi prò pluribus Dominis ſtipuletur diſiunctim v.g. *Promittis Sejo, vel Cajo centum?* inutilis eſt ſtipulatio propter incertitudinem.

b Notandum eſt, quòd ſi ſtipulatio contineat aliquid conſiſtens in facto, quamvis utilitas ſpectet ad Dominum, tamen exercitium exigit omninò ſervi perſonam, *ut hic in §. Sed cùm factum.*

a Quamvis legitimam Servilis pactio formam
Neſciat, ignota civili nomine ſervi
Perſona, tamen utiliter (ſi mutua reddi
Verba datur) poterit Domino ſtipulatio ferri,
Vel ſibi, vel ſervo tradi convenerit, aut huic
Conſervus placet, aut imperſonaliter actum eſt;
Hæredi quoque defuncti concede futuro,
Ni, quod perſonam ſequitur, ſtipuletur, ut uſum
Cum fructu, perit hac etenim ceſſante quod egit;
Pluribus ex Dominis æquum Jus omnibus eſto,
Ni proprium placuit pactis accedere nomen,
Aut ſigno, velut uxorem cùm duxerat unus,
Congrua dos fuerit ſervo promiſſa petenti,
Aut uno tantùm Domino mandante rogavit,
Sive, quod alterius renuit concedere lucro
Pactum eſt, nēpè, ſuum ſocius quà poſſidet agrū,
Conveniſſet Iter; diſiunctim pluribus idem
Servus prò Dominis pacto ſtipulatur inani.
Si b quæ ſunt facti, ſervo rogitante dediſſet
Sponſio, perſonæ ſervi ſtipulantis adhærent.

De Diviſione Stipulationum.

Titulus XIV.

c Stipulationes quędam ſunt Judiciales, ut ſi duo litigantes caveant

c Judiciale petit quædam ſtipulatio votum;
Prætori quædam accedit; comunis utrique

In-

Digitized by Google

veant *de dolo;* quædam ſunt Prętoriæ, ut *de damno infecto;* quædam ſunt promiſcuæ, ut cautio Tutoris, vel Curatoris *Rem ſalvam fore;* quædam ſunt conventionales, quæ inter contrahentes celebrãtur.

a Item aliquæ ſtipulationes ſunt dividuæ, materiam ſcilicet diviſibilem continentes, in qua hæredes prò rata tenentur; aliæ ſunt individuæ, ſi vel rem incorporalem contineant, vel quamvis corporalem, non prodeſſet diviſio, v.g. ſervus, equus, & ſimilia, in quibus obligatio eſt in ſolidum, ut not. *D. D. in explic. l.4. §. Cato, ff. de verb. oblig.*

Interdùm defertur; amat conventa viciſſim
Sæpè: *doli* Judex; *damni* vult Prætor, utrinque
Rem pupillarem ſalvam fore cautio fertur;
Conventam privata hominum commercia tractant.
Si a rem dividuam tradi convenerit, hæres
Quiſque ratam patitur; ſolidum ſine corpore præſtat,
Aut ubi materies placuit, ſed prorsùs inani
Judicio partem, ut ſervi, condiceret Actor.

De Inutilibus Stipulationibus

Titulus XV.

b Stipulatio peccat vel ex parte cauſæ efficientis, vel ex parte materiæ, vel formæ, aut modi, vel finis. Ideò ſit.

b Contractum premit Efficiens vel Cauſa, vel impar
Materies, cui forma, modus, vel finis adhærent.

Caput Primum.

De Inutili ſtipulatione ex Parte Cauſæ efficientis.

c Stipulatio eſt nulla ex parte cauſæ efficientis, primò, ſi quis promiſerit factũ alienum, excepta ſtipulatione prætoria *Rem ratam haberi* niſi vel pœnam addiderit, vel ſuam tantùm diligentiam

c Contrahit invalidè primò qui extraneus hæret
Promiſſor facto alterius, ceù *Mille daturum*
Promitto Cajum, niſi pœna vel addita vires
Conciliet, vel, quod potis eſt, curare ſpopondit;
Convalidatque *Ratum* Prætor ſi cavit habendum,
Peccabit contra ſtipulans extraneus author,
Hunc niſi diſiunctim ſolvenda pecunia ſignet,

Digitized by Google

Ut *Mihi, vel Cajo centum promittis*? at omne
Jus mihi contractu paritur; ſi jungat utrumque
Sermo, velut *mihi cum Cajo promittis*? Inanem
Semiſſem facit; Utiliter prò impubere Tutor
(Quippè ſua refert) à contutore rogabit
Rem ſalvam fore. Progenies quoque ſubdita Patris
Contractu ſtipulantis agit; par ſervus; inanis
At contra Genitrix; addas cum fratre ſororem.
Prodigus, Impubes, Tutor cui deſit, adultus
Plena ætate minor, licet hunc premat actio, læſum
Sed vult reſtitui Prætor; ſubiecta parentis
Imperio ſoboles, Caſtrenſi cum quaſi dempto;
Civili qui Jure caret, furioſus, & amens,
Cum ſurdo mutus nequidquam contrahit, eſto
Pupillo utiliter contracta negotia proſint.

tiam. Secundò, ſi quis ſtipuletur prò alio, niſi pater prò filio, vel è contra, Tutor prò pupillo, & ſimiles, quod tamen non extenditur ad matrem, fratrem, vel ſororem, *ut hic in* §. *Si quis alium cum ſeq.* quòd ſi illi extraneo addatur ipſe ſtipulator, valet ſtipulatio in totum, ſi addatur diſiunctivè, ita tamen ut totum ipſe ſtipulator acquirat, quoad medietatem verò ſi addatur coniunctivè, *ut hic in* §. *Quod ſi quis*. Tandem eſt inutilis ſtipulatio facta à perſonis, hic recitatis *in* §. *Mutum cum ſeq.* quamvis poſſit pupillus obligare majorem ſecum contrahentem, *ut lib.* 1. *de Author. Tutorum dictum eſt*.

Caput II.

De Inutili ſtipulatione ex parte Materiæ.

a Materies tàm Naturæ, quàm diſſona Iuri,
Aut impar facto, ut Crimen, Centaurus, & undas
Ebibere Oceani, comunis, publica, ſacra,
Religioſa, hominum vel cui commercia diſtant,
Contractum omninò removet; quin eſto prophanum
Conveniat, ſi ritè Deo ſine fraude dicatum eſt,
Infirmat pactum, ſtipulanti ut nulla paretur
Actio; ſi dolus acceſſit, quà interſit, habeto.

a Materia impoſſibilis vel Jure, vel Natura, vel facto vitiat ſtipulationem; Item ſi ſit extra noſtrum commercium, ut res ſancta, comunis, &c. quòd ſi res tempore contractus ſit prophana, & deindè abſque dolo Deo dicata foret, reſcinditur contractus; accedente autem dolo, datur id quod intereſt, *l. inter ſtipulantem*, §. *Sacram*, *ff. de Verb. Obl.*

Ca-

Caput III.

De Inutili ſtipulatione ex parte Formæ.

a Reſponſio difformis quæſito, vitiat cõtractum, niſi ſtatim à ſtipulatore acceptetur, difformitas autem in quantitate, confirmat contractum in minori ſumma, in qua uterque convenit, quæ ſcilicet in majori continetur, *l.1. §. Si ſtipulanti, ff. de Verb. Obl.*

[a] DIſpar quæſito placitum ſi forma dediſſet,
Aut modus, extinguit conventum, nempè rogatus
Purè, poſt menſem, aut ſub conditione daturum,
Sive alternatim quærenti mille, vel ædes,
Spondeat alterutrum, ni mox ſtipulator inhæret.
Impar ſi fuerit numerus, concede minorem.

Caput IV.

De Inutili ſtipulatione ex parte Cauſæ finalis.

b Stipulatio ob turpem cauſam irrita eſt, non tamen ſolutum reſtituitur, niſi turpitudo ſit ex parte ſolius ſtipulantis, ſecùs verò ſi vel ex parte promiſſoris, vel utriuſque.

[b] OB turpem cauſam conventum corruit, eſto
Promiſſor fruſtra repetat quandoque ſolutum,
Sive ſua tantùm interſit, vel uterque gravetur;
Scilicet, *ut jugules hominem, tibi ſpondeo centum,*
Nec reddit meretrix vitiato è corpore lucrum.
Si tantùm peccet ſtipulans, condicere Jus eſt.

De Fidejuſſoribus.

Titulus XVI.

c Fidejuſſor in genere eſt quiſquis prò alio promittit, ſive ſupponatur antecedẽs obligatio, ſive non. In ſpecie verò ſupponit antecedentem obligationem ſaltem naturalem orientem ex conſenſu, ut in pacto nudo, vel contractu pupillari poſt infantiam celebrato.

[c] ALterius vice promiſſor quicumque, vel ultrò
Debitor accedat primus, cùm nulla præiſſent
Fœdera, ſive novo contractum pignore pignus
Confirmet, fidei juſſor generalis adhæret.

Digitized by Google

Vult ſpecies validum alterius præcedere fœdus;
Vel tantùm natura premat,cui formula deſit
Civilis,ceù quæ Tutore abſente ſpopondit
Impubes, vel Civili ſtipulatio pactum
Robore confirmet; fruſtrà ergo prorsùs inani
Accedit voto,quo ſe devinxerat antè
Prodigus,aut infans,furioſus,quoſque nec ipſa,
Conſenſu ceſſante ſuo,natura gravaret.
Utilis [a] hæredem fidei premit actio, ni, quæ
Perſonam ſequitur,caveat ſtipulatio pœnam
Criminis,ut ſi prò furto is,quem ſiſtere coram
Judice convenit,ſemota fraude,priùs quàm
Sit litem paſſus,fato concederet, eſto
Hæredem furtiva rei condictio vexet,
Nil etenim conventa Fides prò crimine pulſat,
Cui par è contra offenſi ſucceſſor adhæret.
Si [b] plures uni caveant, ſua percutit omnes
Portio; dat ſolidum Tutoris cautio; primæ
Vel fidei accedens fidei nova juſſio,cautum
In ſpecie vel mentitus,vel pignore pactum
Eſt individuo, ſocius cui viribus impar
Aſſidet, antè,ſuis ſtipulans quàm legibus urget.
Non [c] tamen hunc, primò niſi nominis exigit actor
Conventi vires, vexet, quibus addita robur,
Juribus utiliter ſibi ceſſis,cautio ſupplet.

a Hæres fidejuſſoris obligatur, niſi fidejuſſio ſit perſonalis, nam ſi quis reus datis fidejuſſoribus de ſe prçſentando, ante litem motam deceſſerit, abſque fraude fidejuſſoris, cadit fidejuſſio; ſic etiam ſi deceſſerit damnum paſſus.

b Si plures ſint fidejuſſores, quilibet tenetur prò rata, niſi fidejubeant prò Tutore,vel prò antecedenti fidejuſſore, vel prò re individua, vel quis falsò ſe fidejuſſorem negaverit, vel antè litem motam confidejuſſor fiat decoctus.

c Sed antequam fidejuſſor conveniatur, diſcutienda ſunt bona principalis debitoris,quorum defectum ſupplet ceſſis ſibi Juribus contra eundem principalem, utilibus tamen, nam Jura directa remanent penes cedentem.

De Litterarum Obligationibus.

TITULUS XVII.

[d] VIm quoque contractus uſurpat littera,faſſus
Scilicet acceptū qua reddere cogitur author;
Oppoſita Actorem duplici ſed percutit anno
Non numerari æris exceptio,ſpontè querelam

d Sola ſcriptura, qua quis v. g. mutuum recepiſſe fateatur,obligat ad ſolutionem;poterit tamen infrà biennium

Digitized by Google

Ni repulit pacto reus, aut geminata caveret
Littera, vel conteſtata ſub Judice lite
Spondeat, aut moriens, vel ſolvere cœperit ultrò.

nium opponere exceptionem non numeratæ pecuniæ, *ut hic*, niſi vel expreſsè renũciaverit, vel geminata ſcriptura confeſſus fuerit, vel Judicialiter, vel in ultima voluntate, vel ſpontè incæperit ſolvere *l. cùm fidem & in l. contractibus, §. Sed quoniam, ubi Gl. C. de non num. pecun. arg. ex l. un. C. de plus petitionibus*.

De Obligationibus ex Conſenſu:
Titulus XVIII.

[a] Contractum celebrant conſenſu Venditor & Emptor,
Cùm rem transferri certo convenerit auro,
Quo tantùm accipias taxatum nomine nummum,
Rem permutat enim ſpecies; ubi corpore partim;
Partim auro placuit, permutat, emitque viciſſim.
Contractum [b] dolus excludit, ſi ab origine cauſam
Præbuit, aſſenſum vitians, cui proxima vis eſt,
Par varians corpus. Pretio qui læditur ultra
Semiſſem, licitè contractum frangeret, infrà
Dimidium læſus repetit quà deficit aurum.
Decipiens, quicumque interſunt, reddito fructus.
Emptori [c] poſt contractum ſors accidit, eſto
Tradita non ſit adhùc ſpecies conventa, futurum
Ni vel conditio expectet ſuperaddita caſum,
Tradere ſive dolo differret venditor emptum.
Emptio ſi purè placuit, jubet illicò tradi
Rem, ni opus impreſſum perſonæ, ut pingere, pactum eſt,
Quippè, quod Emptoris refert, dans venditor implet.

a Contractus Venditionis ſolo conſenſu celebratur, exigit tamen certi pretii, quod in ſola pecunia conſiſtit, conventionem, nec ſufficeret in generali convenire de juſto pretio ſolvendo, nam potiùs eſſet Contractus *Præſcriptis verbis* quã venditio; & ſi non de pecunia numerata cõveniant, erit contractus permutationis; ſi utrumque pactum ſit, ſcilicet pecuñia, & ſpecies, erit uterque contractus.

b Dolus dant cauſam contractui ipſum annullat, idemque eſt error circa corpus, intercedens autem obligat ad reſtitutionem damni, & fructuum.

c Peracta emptione periculum, & commodum rei venditæ ſpectant emptori, etiam ſi res non ſit tradita, niſi contractus ſit conditionalis, vel culpa adſit venditoris, *ut hic in §. Cùm autem emptio*. Tenetur enim Venditor ſtatim perfecta venditione pura rem tradere, niſi vendatur aliquod conſiſtens in faciendo, ut pingere, arare, &c. nam dando id, quod intereſt, ſatisfaceret.

Con-

Digitized by Google

Certa [a] dies addicta,velut *Tibi prædia vendam*
Centum aureis,melior fuerit ni oblata Kalendis
Conditio,aſſenſum ſuſpendit menſe,nec uſum
Intereà parit emptori,neque caſus obeſſet;
At ſi,quo revocem,jungatur tempus,ut *Agrum*
Vendo tibi centum, mihi ſed meliore per annum
Conditione data ſit inemptus, & utitur anno,
Et fruitur,ſortiſque oneri ſupponitur emptor;
Extantes quamvis reddat,ſi pinguior emptum
Conditio revocet,condicto tempore,fructus.
Addita [b] ſi fuerit lex Commiſſoria,ut *aureis*
Mille domum vendo, pretium numerare per annum
Si renuas,ſit inempta,mihi datur optio,vel rem
Diſtractam,emenſo pretium vel tempore malim;
Authorem ſua quippè gravat mora; ſi tamen aurum
Oblatum placeat, tutus rem poſsidet Emptor.
Si [c] retrovendi pactum ſupponitur,ut qua
Translatum eſt, redimat numerata pecunia corpus,
Exuit emptorem quæſito Iure redempta
Res,nullumque parit conversa hypotheca gravamen;
Detrahit ergo ſuo ſic res licitata valori.
Evicta [d] re,tùm pretio,tùm fructibus (eſto
Nil actum foret expreſsè) damnabitur author,
Quin monitus litem ſubeat, ſumptuſque miniſtret.

a Solet in Contractu Emptionis addi pactum addictionis in diem, & hoc dupliciter. Primò ad dilatandum contractum, v.g. *Vendo fundum mille aureis, niſi per menſem fuerit oblata melior oblatio*, & tunc nec fructus, nec damna accidunt emptori, niſi poſt lapſum menſis. Secundo verò ad differendam revocationem contractus, v.g. *Vendo fundũ mille aureis, verùm ſi per menſem fuerit oblata melior conditio, ſit inemptus*, & tunc fructus ſunt emptoris, donec oblata meliori conditione revocetur contractus, licet extantes teneatur reſtituere.

b Solet etiàm addi pactum, ſeù lex Commiſſoria, ut ſi per menſem non ſolvatur pretium res ſit inempta, quo caſu ſi emptor nõ ſolverit, electio eſt vẽditoris, & ſi interim res pereat, perit emptori, qui eſt in culpa, at ſi venditor pretium acceptaverit, emptor eſt tutus, *ut in ff. de lege Commiſſoria*.

c Interdùm additur pactum de retrovendendo, ut liceat venditori prò eodem pretio rem ſuam repetere, quod rei valorem, ratione hujus libertatis in venditore, diminuit, quo caſu facta reſtitutione extinguuntur omnes hypothecæ, ſi quas emptor contraxiſſet.

d Re evicta tenetur venditor ad pretium una cum fructibus, & ſi lis fuerit denunciata, etiam ad expenſas.

De

De Locatione, & Conductione.

Titulus XIX.

Aſſidet emptori Conductor, cui dedit uſum
Cum fructu certa pactus mercede locator,
Non tamen omnino taxata pecunia nummum
Expectat, patitur ſpeciem conventa rependi
Merces. [b] Compactis ubi res foret uſibus impar,
Sufficit æqualem propria mercede locator.
Non [c] ab Jure tamen tradi conventa negatur
Interdùm res, in proprios qua ſcilicet uſus
Indigeat Dominus, refici vel forte labentem
Eſt opus, aut malè Conductor verſatus in illa eſt.
Qui [d] prior accepit, quamvis præceſſerit alter
Contractu, retinet potior; ſi tradita neutri
Res conducta foret, pacto concede priori.
Conductor lata culpa cum fraude ligatur,
Sors Domino cedit; ſed[e] culpa leviſſima damnat
Authorem quandoque, operas qui nempè locavit,
Transferat ut rem difficilem, ceù dolia, Tignum.
Mutuus [f] hæredi contractus utrinque nocebit,
Proximus hunc ſequitur Prætoris Iure bonorum
Poſſeſſor; par, obliquus quem ſermo vocavit
Defuncti; contrà ſpeciali nomine quiſquis
Accipit, invitus pacto non læditur, ut ſi
Dotalem repetat reſoluto fœdere fundum
Coniux, vel novus eſt emptor; ni rebus adhæret
Conductis pignus, vel Fiſco authore locatum
Emerit, aut ubi contraxit prò Impubere Tutor;
Eſto puellaris tutelam extinxerit annus.

a Locatio poteſt fieri etiam data mercede in ſpeciebus, *l. ſi certa, C. locati*.

b *L. ſi quis domum, ff. locati*.

c Poteſt locator quandoque rem locatam non tradere, ſi vel in ſuos uſus illa indigeat, vel ſit reparanda, vel Conductor male uſus ſit, *l. 3. C. de loc.*

d *Ut in l. 4. C. de* [illegible]*ti vindic.*

e Licet regulariter quis non teneatur de leviſſima culpa, tamen ſi locavit operas ſuas ad rem difficilem, v.g. ad transferendam columnam, trabes, dolia vini, &c. tenetur, *l. ſi merces, §. Qui columnam, ff. locati*.

f Succeſſor titulo Univerſali tenetur ſtare locationi ſui anteceſſoris, ſecùs ſucceſſor titulo particulari, quamvis hic etiã ſubiaceat hypothecæ ſuper illa re contractę. Niſi locatio eſſet facta à Fiſco, *l. ult. ff. de Iure Fiſci*, vel à Tutore, nam durat locatio etiam finita Tutela.

Digitized by Google

Ad §. Adeo.

[a] REm vult Immotam plenum Emphyteoſis ad uſum
Tempore longævo tradi, quam extincta coloni
Directo Domino meliorem linea reddat,
Annua cui medio ſolvatur tempore merces,
Quæ ſterili, ni omninò ruat, non parceret agro.
Hac ſi continuus terno defecerit anno,
Iuribus Emphyteota cadit, ni acceperit ultrò
Oblatum Dominus Canonem; nec libera fundi
Suppoſiti, binos ni poſt, diſtractio, menſes,
Quàm novit Dominus, juſto nùm ſcilicet ære
Præferri placeat, dabitur; ſin abnuat, aureos
Ex centum binos conventa pecunia ſolvat.

a Emphyteuſis græcè, latinè implantatio, ſeù melioratio, eſt ſpecies locationis ad longum tempus, itaùt finita linea Conductoris res meliorata reſtituatur Domino cui interim annua penſio, non in fructuum compenſationem, ſed in dominii recognitionẽ ſolvenda eſt, quare ob fundi ſterilitatem, niſi totaliter dextruatur, non fit remiſſio; quam penſionem ſi Emphytheuta per triennium non ſolverit, cadit à Jure ſuo, niſi Dominus accepto Canone caducitatem tacitè remiſerit, *l. 2. & 3. C. de Iure Emph.* Nec poteſt liberè Emphyteuta rem alienare, niſi requiſito, & expectato per duos menſes Domino, an velit præferri, cui etiam tenetur quinquageſimam pretii partem ſolvere, quæ dicitur laudemium, *d. l. 2. & 3.*

De Societate.

TITULUS XX.

[b] DIc ſocios, quibus æqua placet comunio lucri
Et damni in rebus peragendis, ſymbola quiſquis
Ut dedit, expreſſim, tacito vel nomine id actum eſt,
Indiviſa ſimùl ceù qui commercia tractant;
Interdùm præſtat ſocii ſolertia nummo
Alterius, lucro ergò præit. [c] Tãtùm exigit Actor
A ſocio, quantùm (vilis nè vexet egeſtas)
Par foret. [d] Oppoſitus contractum dextruit uſus,
Si tamen abſque dolo pactis diſcedat uterque;
Interitus quoque corrumpit, Natura, vel ipſum
Jus feriat ſocium, ceù deportatio. Verùm
Si placeat tantùm in rebus comunio lucri,
Et damni, placito rerum ſucceſſor adhæret.
Extinguit, ceſſiſſe bonis ubi contigit, aut ſi
Conventum ceſſaret opus, niſi protinùs omni

b Societas contrahitur, cùm plures conveniunt ut in negotiis æqualiter participent de lucro, & damno proportionaliter ad id quod unuſquiſque negotio expoſuit, ſive id conſiſtat in pretio, ſive in diligentia, quæ quandoque maior eſt nummo à ſocio expoſito, quod etiam tacitè fieri poteſt, ſi ſcilicet plures indiviſim idem negotium exercent, *l. 7. ff. pro ſoc.*

c Socius tenetur inquãtum facere poteſt, deducto nè egeat.

d Finitur ſocietas per

Ex

Digitized by Google

Ex [a] cauſa ſociare lucrum,damnumque placeret.
Expenſas,culpamq;levem cum fructibus æquant.

per contrarium actum non dolo factum, *l. ſed & ſocio*, §. 1. *ff. pro ſoc.* Item per mortem niſi ſocietas ſit contracta prò ſolis rebus, *l. nemo*, *ff. pro ſoc.* Item per ſupervenientē ſocii paupertatem, item finito negotio, *l. actione*, § 1. & §. *publicatione*, *ff. pro ſoc.* niſi ſocietas eſſet univerſalis.

a In diviſione lucri habenda eſt ratio expenſarum,levis culpæ,ac fructuum perceptorum,*ut hic in fine*,& *l. cum duobus*,§ *Venit ff. pro ſoc.*

De Mandato.

Titulus XXI.

[b] Alterius fidei peragenda negotia gratis
Nomine mandantur Domini; ſuperaddita merces
Vult conduci operas. Tacitè patientia mandat
Præſentis. Contra [c] ſuſceptum omninò gravamen
Explendum eſt, quamvis ubi res foret integra, prorsùs.
Illæſo Domino, ſe oneri ſubducere juſtis
Ex cauſis liceat. Conceſſi limina ſervet
Muneris, expenſis aliter,quas fortè dediſſet
Invito Domino (temerè ni diſcrepet) eſto
Mandatus probet utiliter geſſiſſe, careret.
Sed licet interitu, vel (ubi in contraria votum
Integra res flecti patitur) revocata voluntas
Mandatum perimat, ſi mandatarius illud
Neſcius exigeret, dabit utilis actio ſumptus.

b Mandatum eſt Contractus, quo ex Domini juſſu, vel expreſſo,vel tacito,ſi ſcilicet videat patiens ſua adminiſtrari, aliena negotia gratis(nam ſi merces interveniat, eſt locatio operarum) geruntur, *l. 36. ff. de negot geſt. l qui patitur*, *ff. mandati*.

c Non poteſt mandatarius acceptū onus recuſare, niſi ex juſtis cauſis, & re integra, abſque mandantis præjudicio, *l. ſi mandavero*, §. *ult.* & *l ſanè*, *ff. eodem*. Nec poteſt fines mandati excedere,*l. diligenter ff eodem*, aliàs expenſas tantùm neceſſarias repetit, *l. ſi ſticho*, *ubi Bart. ff de pecul leg.* quòd ſi mandatum per mortem,vel per revocationem re integra extinctum ignorans mandatarius exequatur,habet utilem actionem ad ſumptus repetēdos.

De Obligationibus,quæ quaſi ex Contractu naſcuntur.

Titulus XXII.

[d] Nterdum quaſi contractu convenerit,etſi
Nil actum foret expreſsè,ſupponere gaudet

d Qui rem prò indiviſo poſſident,quamvis

Lex

Digitized by Google

vis expreſsè non ſit contracta ſocietas; hæres non confecto Inventario; qui indebitū recepit;is, pro quo abſente utiliter negotia geſta ſunt; qui in Judicio debitum fatetur; Tutor,& Curator Tutelam, & Curam acceptantes tenentur, quaſi expreſsè contraxiſſent,& ſic quaſi ex contractu.

Lex onus,indiviſa velut poſſeſſio lucrum,
Quamquam non ſociis æquè comunicat;hæres
Indiſtinctè adiens,defuncti pignore,tamquam
Ex proprio, premitur, contractu. Indebita quiſquis
Accipit; huic ſimilis,cui geſta negotia proſunt,
Inſtaurat ſumptus; par coram Judice faſſum,
Tutoremque ſimùl cum Curatore tenet lex.

Quibus modis extinguitur Obligatio.

TITULUS ULTIMUS.

a Extinguitur Obligatio per ſolutionem, vel acceptilationem Creditoris,ideſt ſi creditor prò accepto habeat quod ſibi debetur; quòd ſi aliud prò alio ſolvatur, licet duret obligatio,creditor tamen doli exceptione repellitur. Tandem extinguitur obligatio per novationem,ideſt novam obligationem prioris deſtructivam, quæ tamen novatio expreſsè facienda eſt,aliàs non intelligitur facta, *l.ult.C de novationibus*.

a Contractum redimit numerata pecunia nomen,
Acceptumque ferens extinguit Creditor; At ſi
Prò nummo ſpeciem tradas, manet actio primi
Contractus, fraudis tamen hanc exceptio turbat;
Irritat antiquum ſtipulata novatio Pignus.

FINIS LIBRI TERTII.

IN-

INSTITUTIONUM CIVILIUM

LIBER QUARTUS.

De Obligationibus, quæ ex Delicto naſcuntur.

TITULUS PRIMUS.

[a] POſt duplex Genus explicitum, quo Jure ligamur,
Contractu, & quaſi, ſupponit ſua pignora crimen,
Offenſum quibus inſtaurat, pœniſque reatum
Vindicat. His quamquam ſceleris diſſentiat author,
Accedit Natura, ſuum quæ ſontibus addit
Supplicium, latæque premit ſub Principe legis
Imperium; non ipſe tamen ſe Judice coram
Siſtere, vel meritas delinquens cogitur ultrò
Ad pęnas agere, inſontem ſententia quamquam
Judicis, aut impar feriat concordia teſtis;
Abluet ergo ſuam tantùm patientia noxam.
Publicus [b] interdùm reus eſt, ut Raptor, Adulter,
Scilicet aut quo lædatur Res publica, vel qui
Comunem, veluti Tutor, parit inde querelam;
Privati interdùm ſe criminis arguit, aut quo
Singillatim obſit, tantùm privata vel urget
Queſtio. [c] Quandoque hunc layci ſententia damnat
Judicis, ut furem; contra quandoque Tribunal
Pontificis tantùm patietur, ut Hæreſis author;
Subditur interdùm, veluti Blaſphemus, utrique.

a Delinquens tenetur Iure naturali nō ſolùm ad damni refectionem, ſed etiam ad pœnam, non quidem activè ſe accuſando, quamvis ex iniquitate Judicis, vel teſtium alter condemnetur, ſed ſolùm paſſivè, tùm quia Jus naturale dictat delicta eſſe puniēda, tùm etiam quia Jure naturali eſt ſubiectus ſuo Principi delicta vindicanti.

b Delictum vel eſt Publicum, quo Reſpublica læditur, aut comunis accuſatio oritur, ut in ſuſpecto Tutore, vel eſt privatum.

c Item vel eſt ſæculare, cujus punitio ſpectat ad Judicem laycum, ut furtum, homicidium, &c. vel eſt Eccleſiaſticum, ut hæreſis, ſortilegium, &c. vel tandem eſt mixti fori, & datur locus pręventioni, ut uſura, blaſphemia non hæreticalis, &c.

Digitized by Google

Tripliciter [a] Iudex delictum vindicat; Illud
Accuſat ſæpè offenſus, qui crimine falſo
Inſontem vexans,inſtaurat damna, daturus
Judicis arbitrio pœnam, ſi fraude fefellit.
Sæpè bonum comune ſtudens denunciat actor
Patratum ſcelus; ipſe ſuo prò munere Judex
Non raro inquirit,vulgato crimine,ſontes,
Cui meritum reus ære dabit, vel corpore pęnam ;
Hac [b] author tantùm premitur,ſucceſſor & auro,
Ante rei fatum concepta lite, gravatur ;
Rem tamen ablatam ſequitur condictio furti,
Judiciumque rei amotæ, cùm nempè ſoluto
Coniugio,repetit ſublatum à Conjuge Conjux.

a In delictis puniendis tripliciter proceditur. Primò per accuſationem, in qua ſi falſum crimen objicitur, damnorum refectione punitur accuſator; & ſi dolo malo id egerit, etiam arbitrariè. Secundò per denunciationem, qua quis ob boni publici zelum aliquem Judici denunciat. Tertiò per Inquiſitionem, qua Judex ex officio, diffamato crimine (quod omninò requiritur) contra reos procedit.

b Pœna corporalis non tranſit in hæredem,pecuniaria verò, ſi querela ſit propoſita in vita delinquentis, tranſit; ſic etiam rei ablatæ perſecutio,& Judicium rei amotæ,quod eſt inter Conjuges, ſublata actione furtiva, quæ famoſa eſt, *l. omnes la 2. ff. de action. & oblig. & l. 1. & ſeq. C. rerum amot.*

Ad §. Furtum eſt.

[c] FUrti, ſi juxta legum diſcrimina formam
Accipias, reus eſt qui fraude aliena lucrandi
Contrectat cauſa,Domino renuente,vel uſum,
Vel rem ſurripiat; quin fur quandoque ſuarum
Eſt rerum Dominus,veluti cùm debitor aufert
Depoſitum Pignus,vel quæ mercede locavit.
Contrà comunis negat,aut res publica furtum,
Et quodcumque hominum renuit commercia, vero
Cùm Domino careat; ſimili quoque lege recuſant,
Dum contrectari nequeunt, immota, domumque
Ingreſſum, domino renuente,invaſio plectit.
Mandantem [d] prorsùs furto par quæſtio vexat,
Ni priùs extinguat juſſum,licet ipſe patraſſet
Spontè reus crimen; contra qui ſuaſerit ultrò
Rap-

c Furtum de Jure Civili eſt contrectatio rei alienæ invito Domino facta animo lucrifaciendi: quarè in rebus ſtabilibus, quæ non poſſunt cõtrectari, non cadit furtum, ſed aliud crimen, putà invaſio,damnum,injuria, &c. Sicuti nec poteſt furtum committi in rebus ſacris,comunibus, &c. quæ non habent certum dominum. E contrà poteſt furtum committere ipſe Dominus rem ſuam ſurripiendo, quam ſcilicet alteri locavit, vel depoſitaverit, &c. *ut hic in §. Aliquando*.

d Ad furti pœnam ſe-

Digitized by Google

Rapturum; datam opem ſimilis premit actio juxta
Auxilium. [a] Plures ubi peccant, arguit omnes
In ſolidum læſus. Prohibet reverentia Patri
Debita, vel Domino à ſervis cum prole querelam,
Par Conjux, cui in factum datur actio, quæ res
Amotas, fraudis ſecluſo nomine, reddit.
Si [b] viſo Cives conclamant fure, vel ipſum
Cum præda capiat Judex, manifeſta reatum
Noxa luit quatruplo, vult duplum occulta rependi;
Furtivam pariter Dominus rem vindicat, æquum
Vel ſi res periit, pretium condictio reddit;
Illa poſſeſſor, fur hoc, hæreſque gravantur.
Accuſat [c] Dominus, primum niſi legibus impar
Rem ſibi tranſtulerat nomen, nam prædo latronem
Non urget. Damnum furto cui contigit, uſu
Scilicet amiſſo, veluti Conductor, adhæret;
Non tamen ablatum reddi vult actio lucrum;
Nam furto ſi res pereat legata priùſquàm
Fato concedat Teſtator, poſtulat hæres.

teneturmandans, conſulens, ſi nõ eſſet alias furtum commiſſurus, opem præſtans ad proportionem, *ut hic in* §. *Interdum, ubi Gl. l. ſi quis uxori,* §. *Neque verbo, ff. de furtis, l. non ſolùm,* §. *Si mandato, ff. de Iniur.*

a Si plures furentur, tenentur omnes in ſolidum ad damni refectionem, ut latè obſervat *Salas de Contractibus*.

b Furtum aliud eſt manifeſtum, & punitur pœna quatrupli præter ſortem, cùm ſcilicet vel Cives viſo fure cum præda conclamãt, vel ipſe prædo capitur re nondum ad locum deſtinatum depoſita; aliud non manifeſtum, & punitur duplo, ut *hic in* §. *Furtorum, & l. 3. ff. de furtis*.

c Non habet Jus accuſandi qui injuſtè rem poſſidebat, *l. 11. cum ſeq. ff. de furtis*, nec ad lucrum amiſſum, v.g. ſublata re legata antè obitum Teſtatoris, hæres, non autem legatarius accuſat, *l. 87. ubi Gl. verbo ex ſtipulatu, ff. de furtis*. Bene tamen accuſat ille, cujus intereſt ratione damni emergentis, licet non ſit Dominus, *ut hic in* §. *Furti autem actio cum ſeq.*

De Vi Bonorum raptorum.

Titulus II.

[d] Addita Vis furto Prætoris Jure rapinam
Diſtinguit, tripli pœna quæ plectitur ultrà
Sortem, ni primo ſiluit vim paſſus in anno,
Quo tamen emenſo, civili nomine, ſimplex
Ceù furtum, duplo luitur: Quin Iudicis urnam
Con-

d Si furto addatur violentia, ſpeciale crimen rapinæ committitur, quod Jure Prætorio, & infra annum, punitur triplo, poſt annum duplo, tamquam ſim-

Digitized by Google

Contemnens Dominus, cui non conventa facultas
Acceſſit, ſua ſi rapiat vi, Iure carebit
Fiſco damnandus, furem ni aggreſſus iniquam
E manibus prædam repetat; ſuperaddito rebus
Alterius pretium, niſi quò ſua pignora ſervet,
Deſit ubi Iudex, fugientem creditor urget.

plex furtum: Imò ſi Dominus, abſque Judicis decreto rem ſuã ſurripiat, illam amittit, ſi alienam, addit inſuper pretium, ut *hic in* §. *Ita tamen, & l. ſi quis in tantam, C. unde vi*, niſi vel rem ſuam à fure ſubtractam eripiat, vel deficiente Judice creditor à ſuo debitore fugiente rem ſurripiat ad ſuum Jus conſervandum.

De Lege Aquilia.

Titulus III.

a Vindicat alterius culpa, vel fraude patratum
Aquilius damnum. Primò qui vulnere cædem
Immeritam ſervo intulerit, quo pluris in anno
Is fuerat pretii, Domino damnabitur, & quos
Hic dederit ſumptus, reficit, lucroque gravatur
Amiſſo, quod fortè daret ſucceſſio ſervo
Lata, vel interitu prægnantis abegerit alvum
Ancillæ; contrà premitur, ſi emerſerit indè
Damnum: Par ſervis animal quodcunque gregatim
Paſcitur. E reliquis, vel ubi mors deficit, antè
Elapſi menſis pretium, ſumptuſque miniſtret;
Aſſidet imprudens Medicus, quique adſtruit ædes,
Non ſigno, nec voce monens, jaculiſque platea
Inſueta ludens, ſervum percuſſit euntem.
Inſontem b ſe mentitus bis reddito; caſus
Excuſant, ſua vel ſceleris vindicta prioris.

a Tertium delictum privatum eſt damni, quod à Gallo Aquillio plebis Tribuno pœnã accepit. Si quis enim aut ſervum alienum, aut animal gregatim paſcens injuſtè occiderit, tenetur quantiplurimi is ſervus valuit anno præcedenti, cum refectione expenſarum, damni emergentis, vel lucri ceſsãtis, ſi ſcilicet illi ſervo fuiſſet relicta hæreditas, vel ancillam prægnantem interfecit cum fœtu, *ut hic in princ. &* §. *Illud.* Quòd ſi mors non accidat, vel aliud animal non gregatim paſcens interfectum fuerit, æſtimatio fit juxta valorem menſis elapſi, *ut hic in* §. *Tertio capite.* Hac eadem pœna tenetur Medicus ex imperitia ſervum alterius occidens, & alii, *ut hic.* Quod limitatur ſi mors accidat caſu, vel in vindictam criminis antecedentis.

b Duplicatur pœna falſa negatione criminis, *l. 2. ff. ad legem Aquil.*

De

Digitized by Google

De Injuriis.

Titulus IV.

a Injuria in Genere ſumpta eſt quidquid fit contra Ius; In ſpecie autem eſt contemptus honoris, vel famæ, quæ juxta offenſi dignitatem ſuam gravitatem ducit. Hæc autem contemptio poteſt fieri re, verbis, litteris, & geſtu, *ut hic in princ. & §. 1.*

b Pœna famoſi libelli tenetur mandās, author, ſcribens, & palam legens, qui non poſſunt teſtari, nec teſtimonium dicere, ut hic *in* §. 1. *& l. is cui* §. 1. *ff. de Teſtam.*

c Si opponatur verum crimen, non poteſt injuriarum agi, quia Reip. intereſt delicta puniri, *l. eum qui nocentem, ff. de Injur.*

d Si reus opponat contra teſtes crimen, quod ipſos à teſtimonio ferendo repelleret, licet non probaret oppoſitum delictum, ob juſtam ſui tamen defenſionem excuſatur à pœna Injuriæ.

[a] SI Genus accipias, Injuria quodlibet in Ius
Collatum ſcelus eſt. Species contemnit honorem,
Vel famam, gradus offenſi quam dignior auget,
Aut locus. Hanc violant Res, Verbum, Littera, Geſtus,
Contemnit Res, lædatur vel corpore corpus,
Ingenuum ſi, ſervili quaſi Iure, virum quem
Percutias baculo; vel non in corpore corpus
Peccaret, ceù ſi turpem patiatur honeſta
Adiungi comitem, meretricis more, puella;
Aut in non corpus feriat non corpore famam
Creditor, ut ſi poſſeſſum à Prætore bonorum
Exigeret, quaſi nominibus ſit debitor impar,
Ore gravat ſermo, ſi quem convicia mordent;
Littera famoſo peccat diſtincta libello;
Huic [b] atrox oneri Mandantem Injuria ſubdit,
Quique palam legeret, ſcribens, authorque ſequuntur,
Teſtari quos Iura vetant, vel ſe dare teſtes;
Illudit Geſtu contemnens geſtibus uſus.
Si [c] verum ſcelus objicitur, quia plectere ſontes
Expedit, haud luitur meritis Injuria pęnis.
Teſtibus [d] oppoſitum, quamvis non ritè probetur,
Iuſta ſui tamen excuſat defenſio, crimen.
Accuſat culpam proprio vel nomine paſſus,
Vel cui perſonam. Læſus comunicat, uxor
Scilicet, aut Patris Imperio ſubiecta propago;
Cui par eſt graviter violans injuria ſervum,
Æqualemque viro pęnam, Dominoque, Patrique

Red-

a *Ut hic in* §. *Patitur autem cum ſeq.*

Digitized by Google

a Hæc autem actio tollitur per diſſimulationem, *ut hic in §. fin.* Item pecunia, vel conſimili injuria; Item per mortem injuriati antè litem conteſtatam, *l. 28. ff. de Injuriis*, hæres autem injuriati nunquam tenetur. Tādem præſcriptione, nam prætoria extinguitur anno, utili tamen à die ſcientiæ, Civilis verò ſpatio triginta annorum, ut infrà *de Perpet. & tempor. action.*

Reddito. a Diſſimulans hanc tollit læſus, amicum
Si det ſe comitem patefacto crimine; nummus,
Noxaque collatam compenſat mutua noxam,
Mors quoque vim paſſi non cæpta lite querelam
Hæredis removet, cœptis at queſtibus hæret
Succeſſor; nunquam peccantis cogitur hæres
Extinguit quoque lapſa dies; Prætoria primo
Quæſtio, civilis triceno corruit anno,
Hæc vult continuum tempus, prior utile penſat.

De Obligationibus, quæ quaſi ex Delicto naſcuntur.

Titulus V.

b Obligantur quaſi ex delicto, qui ex imprudentia omittunt id, ad quod ex proprio munere tenentur; Ita Iudex, Arbiter, Tabellio; quod ſi dolus addatur, puniantur in triplo ex vero delicto; ſi ex imperitia, refectione damni, & expenſarum, niſi in lite nimis ardua, vel Iudex juxta comunem opinionem, vel ſui conſultoris judicaverit.

c Tenentur etiam quaſi ex delicto Paterfamilias, vel Dominus, ſi ex eorum domibus aliquid projectum prætereuntem damnificaverit, ad pœnam dupli; & ſi damnum

b EX quaſi delicto reus eſt, incautus omiſit
Quiſque, ſuum quod munus amat; ſic diſſona Iuri,
Quam dedit imprudens Iudex, ſententia peccat;
Aſſidet huic Laudum, ſimiliſque Tabellio; damnum
Hos ergo immeritò illatum cum fructibus urget;
Dat vero tripli Iudex è crimine pœnam,
Si dolus, aut emeret conventa pecunia votum;
Ardua lis parcit, comunis opinio, dicto
Vel Conſultoris, quem Præſes addit, adhærens.
His c Patrem, Dominumque Domus par quæſtio vexat,
Si quid projectum, vel ubi plerumque morantur
Cives, vel comunis iter via pandit, euntem
Fortè virum feriat, duplo quos actio damni
Collati premit in ſolidum; quin eſto viator
Illæſus maneat, facili lapſura periclo
Res ſuſpenſa tamen denos damnabit in aureos,
Ingenui fatum quingenis vindicat hæres.

Digitized by Google

Si noxam ſervus dederit, vel in ære luatur,
Vel Dominus lata prò culpa reddito ſervum;
Filius à Patre divertens ſibi peccat, ut æquam
Viribus ad pęnam patiens hunc poſtulet Actor.
Hos [a] propè Præfectum ſtabuli, naviſque magiſtrum,
Cauponæque ſuis famulorum culpa querelis
Vexat, & incertus tormentis ſubijcit author;
Invectarum oneri quibus & cuſtodia rerum eſt.

num non acciderit; ſi tale ſit periculum, pęna eſt decem aureorū; ſi accidat mors hominis liberi, quinquaginta, *ut hic. in* §. 1. ſi à ſervo damnum inferatur, tenetur Dominus, vel damnum reficere, vel ſervum dare. Si filiusfamilias habitans ſeorſim à patre damnū intulerit, ipſe, non ejus pater, tenetur, *ut hic in* §. *filiusfamilias*.

a Præfectus ſtabuli, navis, aut Tabernæ eodem pacto tenentur ex famulorum delictis, *ut hic in* §. *Item Exercitor*, ut poſſint etiam torqueri, ſi author delicti non appareat, & tenentur etiam cuſtodire res ibi invectas, ut latè *Straccb. in tract. de Mercat.*

De Actionibus.

Titulus VI.

[b] Actio Jus eſt, legitimo quo debita reddi
Judicio petimus, tantùm vel pignore certet
Creditor, aut Dominus poſſeſsū vindicet Actor.
Hanc homines inter primæva ab origine duxit
Natura, at certam civilis ſanctio formam
Addidit; ergo licet quæ tantùm Jure creantur
Naturæ, veluti ſocius, conductio, Pignus,
Emptio, depoſitum, validè contraxerit expers
Civilis formæ, nequidquam poſtulat Actor,
Exigat eſto ſuo pactum pro munere Judex.
Judicium [c] priùs ergo aperit ſua Iura libello
Exponens, litemque reo denunciat Actor,
Cedere nùm placeat magis, an pugnare; ſuaque
Sub ditione locum, vel ubi monet, aut ubi cauſam
Abſolvit, certo ſtatuit cum tempore Iudex,
Cui monitus parere queat, præſenſque Tribunal
Appetere. Hunc vocat interdùm verbaliter in Ius
Nuncius expreſſo mandantis nomine, quem ſi
Fortè domi moneat, duplicis præſentia teſtis
Ad-

b Actio eſt Jus petendi in Judicio, quod ſibi debetur, ſive ratione dominii, ſive hypothecæ, quæ licet à Jure Gentium ortum habuerit, quia tamen à Jure Civili formam accepit, ideò qui Jure Civili carent, quamvis contraxerint validè in iis contractibus, qui ſunt Iuris Gentium, ut Emptio, Pignus, &c. non tamen poſſunt actionem proponere, ſed ſolùm officium Iudicis implorare ad contractus exequutionem.

c Actor libello oblato reum citare tenetur, aſſignato per Iudicem ipſi reo competentem loco ſuæ Iuriſ-

Additur,& coram referat monuiſſe,relicto
Exemplo conſanguineis omninò,Miniſter;
Perſona interdum capitur,quam vexat egeſtas;
Suſpicioque fugæ,fidei nec Juſſor adhæret.
Edicto quærit latitantem Curia,vel cui
Deſit certa domus,vel quò non tutus adeſſet
Acceſſus,vel præconum ſupponitur haſtæ
Debitor,ignotus cui creditor aſſidet,hæres
Quem monet in bona defuncti ſua Iura referre;
Convocat interdùm Princeps proclamate Cives.
Feſtivum Pietas recipit,vel publica tantùm
Cauſa,moræ omninò impatiens vel quæſtio,tempus.
Utiliter [a] quandoque tamen contenderet actor,
Eſto reum nullus monuit,ſi ſpontè Tribunal
Hic adeat,litemque ſciens patiatur,agentis
Vel Ius omninò pateat,vel prorsùs inane
Judicium faciat mora; quæque Præambula Iudex
Concedit,veluti Genitorem ſiſtere Iuri.
Poſtquam [b] legitimè retulit penes acta Miniſter
Se monuiſſe reum,juſtè niſi cauſa morantem
Excuſet, præfixo hic tempore protinùs adſit,
Sive Procurator Domino mandante Tribunal
Appetat,actoris meritò qui dicta refellat,
Contemptus aliter pęna damnabitur abſens.
Si [c] Reus Imperium ſubeat contendere certus,
Excipienda priùs,quàm conteſtatio fiat,
Et quæ progreſſum differrent litis,ut *impar
Perſona,aut ætas,Iudex incongruus*; & quæ
Extinguunt,veluti *Macedo, Velleja, ſolutum*.
Illa ſtatim penſet Iudex hinc,indè probata;
Hæc litis cæptæ meritum quandoque ſequuntur.

His

...riſdictionis, ubi compareat ad ſua Iura proponenda, *l.ult. ff.de Iuriſd. omn. Iud.* Hæc autem citatio fit per nuncium ſive verbaliter, ſive realiter, aut perſonaliter capiendo perſonam, ſi fuerit ſuſpecta de fuga,& careat pignoribus,vel fidejuſſore; poteſt etiam citari per Edictum ſi fuerit abſens,vel vagus, vel latitet, vel non ſit tutus acceſſus, vel non habeat certam domũ, in qua ſi citetur, additis duobus teſtibus relinquendum eſt Exemplum per Miniſtrum. Sic etiam per Edictum citat hæres incertos defuncti creditores in confectione Inventarii,ut lib.2.dictum eſt. Non poteſt tamen citatio fieri in die feriato, niſi vel in cauſis piis, vel Reipublicæ, vel ubi periculũ ſit in mora, ut not. *DD. in l.ult.C.de feriis.*

a Hæc autem citatio poteſt quandoque omitti, ut in exemplis hic allatis.

b Reus autem citatus præfixo tempore vel perſonaliter, vel per procuratorem cõparere tenetur ad ſuas exceptiones proponẽdas, aliàs tamquam contumax punitur,niſi ex juſtis cauſis excuſetur.

c Reus comparens animo litigandi,omnes exceptiones tàm dilatorias,quàm peremptorias Iudicii opponat,illas ſtatim determinare tenetur Judex,ut ſunt legitimatio perſonæ,incompetentia(non tamen omnimoda,quia hæc eſſet peremptoria) Iudicis. Peremptorias verò poteſt aliquando reſervare ad merita.

Digitized by Google

His [a] ità compoſitis,facti ſi quæſtio pendet,
Conveniens utrique dies decernitur,in qua,
Mutua poſtquàm præceſſit reſponſio,teſtes
Legitimos aperit litem teſtatus uterque.
Congruit indè forus,quamvis alienus utriq ue
Ni (velut in Clerum laycus) ſit protinùs impar.
Et nondùm completa cadit præſcriptio longi
Temporis excluſo fidei munimine,fructus
Victori ut cedant. [a] Perfecto examine Iudex
Concludit,nec fas alios admittere teſtes,
Ni Vidua, Impubes, minor,aut Eccleſia certent,
Reſtitui quos vult Prætor bis tempore læſos:
Denique [c] conceptam dirimit ſententia litem;
Iudicis hac primò nomen, Iuriſque facultas
Dicendi exprimitur, proprio nè ex munere cauſam
Audiat,an delegato ſibi nomine functus,
Scripturam adiungi, formamque ſedentis oportet.
Perque dies victus denos ſi provocet,ex quo
Legitimè ſibi conſtiterit ſententia,cauſam
Suſpendit (ſecùs Imperio parebit) & anno,
Quem primum Fatale vocant, omninò querelam
Compleat inceptam; ex cauſis geminabitur annus.
Sæpè [d] interloquitur Iudex, ſi nempè ſequeſtrum
Fructibus apponi, læſumque ætate minorem
Reſtitui jubet,ac primam ſententia litem
Non dirimit,valet ergo,ſuo non munere functus,
(Ni geminet) primò prolatum flectere votum.

a Exceptionibus vel terminatis, vel reſervatis ad merita, ſi adhùc dubitetur de facto,datur utrique parti conveniens terminus ad ſuam intentionem probandam per teſtes,& dicitur lis cõteſtari, & deindè non poteſt Iudex, quamvis aliàs incompetens (niſi totali incompetentia) recuſari,& interrumpitur uſucapio, fructuſq; cedunt victori, cùm ceſſet in poſſeſſione bona fides, *Arg.ex l.lite conteſtatâ, ff.de uſuris*.

b Teſtibus examinatis Iudex pronunciat concluſum, nec datur locus aliis teſtibus, niſi ex beneficio Prætoris concedatur bina in integrum reſtitutio minoribus, viduis,& Eccleſiis.

c Perfectis probationibus, Iudex ſentẽtiam profert, quæ prò forma exigit,ut ſedens prò Tribunali in ſcriptis proferat, à qua per dies decem appellari poteſt, & ſuſpenditur exequutio, qua appellatione propoſita datur annus, & ex cauſa biennium ad illius expeditionem.

d Sententia Iudicis quandoque non eſt definitiva, quia non terminat cauſam principalem,ſed ſolum aliquod emergens, & dicitur Interloquutoria,ut in appoſitione ſequeſtri,reſtitutione minoris,quam ſententiam poteſt (niſi geminaverit) revocare, *l.quod juſſit, ff.de re judic. ubi D. D.*

Ad

Digitized by Google

Ad §. *Omnium*.

a Prima Actionum diviſio eſt, ut quædam ſint reales, qua petimus quod noſtrum eſt, ſive in quibus Ius certum habemus,& hæ ſoli Domino competũt, & reus eſt ipſa res,quę petitur, & locus rei ſitæ forum deſtinat, *c. planè de foro comp.* aliæ ſunt perſonales,quibus petimus quod nobis debetur,& actor ſequitur forum rei conventi. Actio autem realis vel eſt directa contra verum poſſeſſorem, vel utilis contra eum, qui dolo poſſeſſionem deſervit.

b Notandum eſt. quòd in hac actione reali non concluderet Actor,ſi petat rem ſibi *dari*, nam hoc verbum ſignificat dominium transferri,unde non ſe ſupponit Dominum; utatur ergo verbo *Tradi*, vel *reſtitui*, ut hic *in* §. *Sic itaque*.

c Præterea notandum eſt, quòd ſi Actor generaliter ſe Dominum jactans, deindè ad inſtantiam Rei ſpeciem dominii declarans ſuccumberet in probationibus, non poteſt aliam ſpeciem proponere,niſi,quæ poſt dictam declarationem emergeret,ſecùs verò ſi ab initio ſpeciem declaraverit,& ſuccubuerit, *Arg. ex l. ſi mater*, §. *Eamdem, ubi Bart. in ſum. ff. de except. rei judic.*

d Si reus alieno nomine rem poſſideat,tenetur authorem ſuum laudare,qui unica ſententia vel condemnetur,vel abſolvatur, aliàs non poteſt repetere expenſas, niſi omninò neceſſarias, *l.* 1. *&* 2. *ubi Bart. C. ubi in rem actio*.

[a] Actio vel rem perſequitur, quam poſſidet alter;
(Utitur hac Dominus, certum vel quiſquis habet Ius
In re)aut perſonæ condicitur,illa realis,
Eſt qua, quod petitur, Reus, & locus ipſe Tribunal
Iudicis, in quo conſiſtit res,deſtinat,eſto
Perſonam pariter,quæ poſsidet,urgeat: Hæc eſt
Perſonalis, & hac pacto ſibi pignore certat
Creditor,atque Rei ſub Iudice dimicat Actor.
Vindicat interdùm directo nomine,legis
Verba ſequens, Dominus, qui à poſſeſſore petit rem;
Hanc ubi fraude reus diſtraxerit, utilis urget
Quæſtio non verbis,menti ſed conſona legum.
Nil [b] repetens hac voce *Dari* concluderet, impar
Quippè foret Domino,Domini quo Iura notatur
Transferri,verbum. *Tradi* ergo poſtulet Actor.
Si [c] qui ſe Dominum jactat generaliter,indè
Objiciente Reo ſpeciem diſtinxit,& impar
Teſtibus occumbat,variato nomine fruſtra
Contendit,niſi poſtquàm conteſtata foret lis,
Cauſa ſuperveniat; ſpeciem ſi expreſſerit ultrò,
Hac ceſſante reum licitè nova quæſtio vexat.
Authorem hic moneat,cujus vice poſsidet, antè
Quàm fuerit litem paſſus,cui ſcilicet una
Proſit,vel pariter ſententia Iudicis obſit.
Nequidquam [d] ſumptus aliter cõdiceret,Author
Ni quos omninò expreſſa ſibi lite dediſſet.

Digitized by Google

Ad §. Neque.

a In Iuribus incorporalibus vindicādis dupliciter poteſt actio intentari, affirmativè ſcilicet petendo uſumfructum, vel aliam ſervitutem, & negativè inſtando repelli ſervitutem prætenſam ſuper re ab ipſo actore poſſeſſa, & in utraque actione rectè concluditur, probando ſiquidem non competere ſervitutem, probaretur rei libertas. At verò in rebus corporalibus non concludit actio negativa, nam non conſtaret dominium actoris, ſi conſtaret reum non eſſe Dominum.

a JUs Incorporeum duplex petit actio. Prima
Affirmat, ceù ſi quis Iter contendat in agrum
Vicini, vel reſtitui cum fructibus uſum;
Altera Ius negat, atque oneris gravitate levari
Poſtulat immeritò adiecti; concludit utrinque,
Si rem poſsideat, Dominum vel ſe probet actor;
Scilicet alterius nullo quæ Iure gravantur
Res, patet expreſſa quoque libertate potiri.
Corpore quæ conſtant nequidquam forma negantis
Vindicat, haud etenim Dominus concluditur Actor,
Iuribus eſto reum Domini caruiſſe probaret.

Ad §. Sed iſtæ quidem.

b In defectum Iuris Civilis Prætor aliquas actiones inſtituit, ut ſunt Publiciana, Serviana, & ſimiles. Ideo ſit.

b CIvili ceſſante ſuas indulget agendi
Naturæ accedens Prætoria ſanctio cauſas.

Caput Primum.

De Publiciana Actione.

c Cùm quis bona fide rem emptam à nō Domino poſſediſſet, tempore tamen non ſufficienti ad præſcribendum, ac proindè non poſſet de Iure Civili vindicationem intentare, ſi res illa ab alio

c EMptorem, longo plenus cui deficit uſus
Tempore, ſi ſubtracta foret poſſeſsio, quamvis
Non Dominus dederit ſemota fraude, tuetur
Publicius, quaſi Ius Domini conceſſerit anni
Legitimi lapſus, quo injuſtus cogitur emptum
Reddere poſſeſſor; Caveat tamen Actor, ut uſus
Defectum ſileat, vel quòd ſibi tradidit author
Non

Non Dominus,nè impar fiat ſibi quæſtio,ſi rem ,
Quam docet alterius fore,vindicet. Aſſerat ergo ,
Abſque dolo fundum juſto ſe nomine captum
Poſsediſse,minùs rectè quem detinet alter.
Interdùm & Domino Prætoris cautio prodeſt,
Cui ſatis eſt,ſi capta rei poſseſsio conſtet,
Ægrè Iura quidem Domini concluderet Actor.
Contrà a quæ juſtè Dominis abſentibus, uſu
Longævi abſtulerat poſseſsio temporis,anno
Bis gemino reſciſſa jubet præſcriptio reddi .

alio fuiſſet uſurpata , cùm careat vero dominio , ideò à Publicio Prætore fuit introducta actio Publiciana , in qua aſſerendo rem à ſe juſto titulo emptam ab alio injuſtè detineri , petat ſibi reſtitui ; ſileat tamen & illam emiſſe à non Domino,& non ſtatuto tempore poſſediſſe, ſic enim fateretur ſe non eſſe Dominum, nec proindè convenire rei vindicationem, *ut hìc in §.Namque*. Imò poteſt etiam Publiciana à vero Domino inſtitui , cui ſufficit probare poſſeſſionem,cùm dominium ſit difficillimæ probationis .

a Datur è contra quaſi Publiciana , qua Dominus ex juſta cauſa abſens poteſt infrà quatriennium reſcindere uſucapionem , qua alius interim rem illius acquiſierat, *ut hìc in §.Rursùs,ubi Gl.in verbo infrà annum* .

CAPUT II.

De Pauliana Actione.

b Contractum revocat Paulus, quo viribus impar
Debitor in fraudem conventi nominis,ultrò
Diſtraheret ſua,nec pacto ſibi pignore cavit
Creditor ; extinguit Domini fraus unica donum ;
Exigit ex empto fraudem contractus utrinque.
Excipe,quod placuit diſtracto corpore,nomen,
Ni fraus effulget; lucrum nec Prætor omiſſum
Inſtaurat, ſi fortè ſibi legata recuſet .

b Si debitor in actione perſonali, non hypothecaria, in fraudem ſui creditoris rem ſuam alienaverit , poteſt creditor,probata fraude ex parte alienantis , ſi alienatio ſit gratuita,ex parte verò utriuſque,ſi fuerit oneroſa, cõtractum reſcindere actione à Paulo Prætore introducta,niſi creditum fuerit contractum poſt alienationẽ;quæ tamen actio non datur ad lucrum à debitore omiſſum, *ut hic in §. Si quis in fraudem , & l.6. §. Simili modo dicimus , ff.quæ in fraudem* .

Caput III.

De Serviana Actione.

a Servius Prætor tacitam hypothecam inſtituit ſuper rebus invectis in domum cõductam, niſi eſſent alienæ, vel neceſſariæ ad uſum quotidianum, prò penſionis ſolutione, *ut hic in §. Item Serviana, l. in prædiis, §. 1. ff. in quibus cauſis Pig. tac. con.*

b Quamvis autem directa Serviana ſoli locatori ex verbis edicti conveniat, utilis tamen ex mente Edicti competit etiam pupillo, & minori in bonis Tutoris, & Curatoris, Item contra ſocerum, vel maritum, prò dote, & contra debitorem fiſcalem, vel quiſquis pignoratitia actione conveniri poteſt, *ut hic in §. Quaſi Serviana.*

a Vult ſuper illatis conductas rebus in ædes,
Conventæ tacitum mercedi Servius addi
Pignus, ſi permanſuras invexerit illùc
Conductor. Quæ continuum ſervantur in uſum;
Ceù vinum, frumentum, oleum, vel militis arma
Excipias, pariterque negant aliena hypothecam.
Aſſidet b huic Tutor cum Curatore, maritum,
Aut ſocerum ſimilis pacta prò dote premit lex;
Utitur Edicto Fiſcus, vel pignore quiſquis
Convenit, quamvis directo Jure locator
Tantùm agat, his quoque conciliat Jus utile
Prætor.

Ad §. In Perſonam.

c Prætor etiam quaſdam actiones perſonales inſtituit in defectum Juris Civilis, *ut de Conſtituta pecunia, & Iuriſjurandi.* Ideò ſit.

c Perſonam pariter, civilis ubi actio deſit;
Judicio ſiſtit Prætoria cautio, ſi vel
Conſtituit ſe, vel ſub Religione ſpopondit;

Caput Primum.

De Conſtituta Pecunia.

d Si pacto nudo, ex quo non datur actio de Jure Civili, addat debitor novam obligationem, qua conſtituit ſe ſoluturum quid-

d Prima ſuas nudis vires dat formula pactis,
Qua ſe conſtituit conventum ſolvere præſens
Debitor, aut abſens, ſcriptis, aut voce, ſuoque,
Aut alieno oneri incumbens, ut poſtulet actor;
Hanc

quidquid ſub pacto nudo conventum fuerat, oritur actio Prætoria Conſtitutæ pecuniæ, *ut hic in* §. *de Conſtituta autem pecunia*, quæ clauſula apponi conſuevit in contractibus translativis, ut etiam non ſequuta traditione cenſeatur dominium, & poſſeſſi[illegible]anslata, quaſi venditor rem poſſideat vice, & nomine emptoris.

Hanc quòque contractus uſurpant ſæpè, ſuumque
Ius transfert Dominus diſtracto corpore, quamvis
Nondùm tradiderit, veluti ſi clauſula pacto
Addita poſſeſſum emptoris ſub Iure tuetur.

Caput II.

De Jurejurando.

a Cauſa dubia Iuramento terminatur, *ut hic in* §. *Item ſi quis.* Eſt autem Iuramentū Invocatio Divini nominis in teſtimonium veritatis, ſive directè in ſe, ſive indirectè in Creaturis, quatenus referantur ad Deum. Exigit autem Iuramentum certum Iudicium, ut non à furioſo, vel mente capto juretur, item Iuſtitiam, ut nulli præjudicium ferat, & veritatem.

b Iuramentum triplex eſt. Primum eſt aſſertorium, in quo nunquam licet mentiri; alterum promiſſorium, in quo ex cauſis emergentibus licet aliquando à promiſſione deficere. Tertium dicitur Iudiciale, de quo hic eſt ſermo, quòd vel defertur à Iudice, vel ab ipſis litigantibus, cùm hoc tamen diſcrimine, quòd ſi ex officio deferatur à Iudice, poteſt ob nova Inſtrumenta (non autem per teſtes) retractari ſententia per Iuramentum definita; ſecùs verò ſi deferatur ab ipſis litigantibus, niſi in caſu legati per Iuramentum extorti, *l. fin. C. de Iurejur. l. admonendi, ff. eodem.*

[a] REm dubiam Iuramento componere Prætor
Indulſit, quo Divinum prò teſte vocatur,
Seù directè, ſive creata per entia, Nomen,
Quatenùs Authorem reſonat Natura ſupremum.
Nè tamen imprudens, non vi, non fraude feratur
Religio, alterius Iuri, nec legibus impar.
Triplex [b] jurandi Genus eſt. Primum aſſerit; idque
Reſpuit omninò falſum, nè ſcilicet unquam
Mentiri dicas, falli, vel fallere Numen.
Altera promiſſo ſpecies jurantis adhærens
Vim geminat pacto; hàc temerè violare nefas eſt;
Sed potis eſt tamen emergens abſolvere caſus;
Tertia Iudicio ſpecies accedere ſuevit,
(Prout hic) quæ ancipiti quandoq; à Iudice fertur
Actori, quandoque reus, ſæpè ille viciſſim
Huic refert; litem nec dein inventa peremptam
Inſtaurant documenta, dolò ni extorſerit actor
Legatum, proprio functus vel munere Iudex
Detulerit, quamvis tantùm Inſtrumenta ſolutum
Iudicium revocent; teſtes omninò repellas.

Cui

Digitized by Google

a Si delato Iuramento pars nolit jurare, tenetur referre parti adverſæ, aliàs condemnatur, niſi manifeſtè doceat, Iuramentum non potuiſſe deferri, quia ſcilicet cauſa non eſt dubia, vel non eſſet in Iudicio legitima perſona, ut pupillus ſine Tutore; vel actor unicum teſtem produxerit, qui admitti non poterat, *l. 9. C. de teſtibus*; quia verò probationes ſupponuntur æquales, aliàs cauſa non poteſt, uti dubia, Iuramento terminari, neuter poteſt dici temerarius litigator, nec ad expenſas litis reficiendas compelli.

Cui [a] Iusjurandum delatum diſplicet, ultrò
Referat, hunc aliter finitæ exceptio litis
Vinceret, immeritò ni prorsùs nomine conſtet
Deferri Iuramentum, quia certa paterent
Iura, vel Impubes, Tutor cui deficit author,
Iudicium patitur, vel abeſt Curator adulto,
Unicus Actori tantùm vel teſtis adhæret.
Sed quia non temerè proceſſit victus, utrique
Cùm teſtes pariter faveant, reddatur ut anceps
Iudicium, lata expenſis ſententia parcit.

Ad §. Pœnales.

b Inſtituit etiam Prætor quaſdam actiones pœnales. Prima eſt *de Albo corrupto*, in qua ſi quis violaverit, vel decurpaverit parietem, in quo Edicta ſolent affigi, pœna arbitraria, & ſi etiam contemptú Principis adderet, morte punitur, *l. 7. cum ſeq. ubi DD. ff. de Iuriſd. omn. Iud.* & loco Prætoris hodiè ſuccedunt Epiſcopi, & Præſides.

c Secunda pœna eſt contra filium, libertum, & alios hìc numeratos, qui abſque licentia contra Patrem, Patronum, & alios litem intentant, & pœna eſt quinquaginta aureorum.

d Tertia pœna eſt contra eum, qui prohibet, nè reus citatus in Iudicium compareat, ac proindè puniatur tanquam contumax, & pęna eſt refectionis damnorum, & injuriarum, ſi vim addidiſſet, *l. 1. & ſeq. ff. ne quis eum, qui in Ius vocatur, &c.*

[b] Vindicat in ſontes Prætoria queſtio pœnam:
Primò Album temerè violans, ubi publica ſuevit
Edicta affigi, arbitrio, ſi Principis addat
Contemptum, capitis damnabitur. Exigit id nunc
Perſonam Prætoris agens cum Antiſtite Præſes.
Dat [c] quoque libertus pœnam, ſi provocet antè
Patronum, aut ejus prolem, quàm copia detur,
Debita quem ſequitur Patri reverentia, cui par
Victricus, atque ſocer, Parochus, quaſi Iura parentis
Ingreſſi, quinquagenis quam vindicat aureis.
Contrà [d] quiſq; Reum prohibet ſe Iudice coram
Siſtere, conventi quæ interſunt reddito; ſi vim
Adderet, exoluit collata injuria noxam.

Digitized by Google

Ad §. Præjudiciales.

a INcæptam quandoque emergens quæſtio cauſam
Suſpendit, veluti ſi Patris ab ære trientem
Filius, aut quartam liberti Iure Patronus
Vindicet; his contra mentita parentis imago,
Ingenui vel Jus obiectum, geſta priori
Judicio differt. Sed quamquam teſtibus impar
Sit genitor, ſi contracto concepta probetur
Fœdere progenies, nec diſſona moribus uxor
Acceſſit, gnatiſve parem poſtrema vocaſſent
Verba Patris, ſibi legitimum Jus exigit actor.
Si b quæ ſunt facti accedens lis ambigit, idem
Hanc dirimit, ſub quo pendet prior actio, Iudex:
Si Ius ambigitur, cui tantùm Eccleſia præſit,
Præſulis expectet layci ſententia votum.

a Sunt quædam actiones præjudiciales, quaſi antè Iudiciales, quæ nimirùm ante cauſæ principalis deciſionem ſunt terminandæ. Sic ſi filius petat legitimam, vel patronus quartam, debet conſtare de filiatione, vel patronatu. Et quãvis Paternitas per teſtes nequeat probari evidenter, ſi tamen cõſtaret conceptum fuiſſe conſtante Matrimonio, præſumeretur filius, niſi probaretur uxoris iniquitas, *l. filiu n eum deſinimus, ff de his, qui ſunt ſui, vel alieni Iuris*. Idemque eſt, ſi in teſtamento patris filius nominetur.

b Si illa quæſtio emergens ſit ſolùm de facto, v. g. an Matrimonium ſit contractum, poteſt ab eodem Iudice terminari; ſi verò ſit de Iure, quod ſpectat ad Eccleſiaſticum, v. g. an Matrimonium ſit validum, expectanda eſt hujus ſententia, antequàm Judex procedat in cauſa principali, *c. tuam, de ord. cognit.*

Ad §. Sequens.

c REm quandoque petit Dominus, quam vindicat, aut Ius
Creditor evincit contracto pignore; pęnam
Exigit interdùm, furti ceù nomine duplum,
Aut quatruplum, triplum ex raptu; quandoque viciſſim
Rem pœnæ geminat. Primò qui illata negaret
Damna duplo premitur, cui par ſi differat hæres
Solvere legatum Templo, ni fraude remota
Ignorans renuit, faſſus vel reddidit ultro
Ante, ſuum doceat quàm Ius Eccleſia. Pignus
De-

c Actor vel petit rem, ut Dominus, vel Creditor, vel ſolam pœnam, ut duplum, triplum, vel quatruplũ ex furto, vel rapina, vel utrumque ſimul, ut in actione legis Aquiliæ, quæ per falſam negationem rei duplicatur, *l. 2. ff. ad l. Aquiliam*, ſicuti etiam hæres, qui doloſè negavit legatum relictum Eccleſiæ, niſi ſpontè ſolve-

Digitized by Google

Depoſitum,cauſam cui flamma,ruina,tumultus,
Naufragium dedit,in ſpecie mentitus adhæret.

verit antè litem motã, *ut hic in* §. *Ex maleficiis*.Item depoſitarius, qui in ſpecie negaverit depoſitum (non ſic ſi generaliter negaverit narrata, ut narrantur) factum ex cauſa incendii, ruinæ, tumultus,vel naufragii, *ut hic in* §. *Planè*.

Ad §. *Quædam*.

[a] ACtorem, atque reum quandoque reciproca vexat
Quæſtio,nam quæ comunem rem dividit,ambos
Lis urget,ſumptuſque,illataque damna coæquat,
Huic par agrorum renovans confinia,ſi quæ
Vis rapuit fluvii,vel ubi inteſtata Parentum
Dividitur gnatos inter ſucceſsio. [b] Sed quæ
Vivens largitus pater eſt,conferre tenentur,
Ni belli intuitu acceptum,cui proximus Ordo,
Caſtrenſi,& quaſi collatum ſub Iure,togatus
Quem ſequitur miles; meritus nec præmia confert.
At ſimplex munus,quamquam ſibi funere robur
Conciliet, tamen id quaſi prima ab origine ducens
Compenſat fratri; confert quoque filia dotem,
Præcipuam ſed habere quotæ ſub nomine fas eſt.

a Quædam actorem ſimùl, ac reum perſtringunt, *ut Comuni dividundo, Finium regundorum, & familiæ herciſcundæ*.

b Fratres in dividenda patris hæreditate inteſtati, tenentur, ad æqualitatem ſervandam, conferre quidquid à Patre vivente acceperint, exceptis bonis Caſtrenſibus,& quaſi Caſtrenſibus,& datis ob benemerita, *l.6.* §. *Nec Caſtrenſe, ff. de coll. bonorum, & not.DD.in l.ſed etſi,* §. *Conſuluit, ff.de petit. hæred.* Donatio verò ſimplex conferẽda eſt,licet enim à principio non valuerit, morte tamen confirmatur, ac ſi à principio fuiſſet valida, *l.donationes,* §.*Si verò, C.de donat.inter vir.& uxor.* Item filia dotata tenetur conferre dotem,quam tamen in ſuam portionem retinere poteſt, & ità conciliantur Textus *in l.ſi donatione,C.de Collat.* cum *Tex.in l. filia, ff. Famil.herciſc.*

Ad §. *Omnes autem Actiones*.

[c] VUlt ſimplum reddi, Dominus cùm vindicat Actor;
Aut ubi contracto certat de Pignore;ſortem
Fur geminat; falsò Aquilium mentitus adhæret;
Dat triplum raptus,cui par indebita merces
Iudicis, æquali quam Iure Tabellio noxam
Proluit; augetur quattuplo manifeſta latronis

c Actiones vel sũt ad ſimplum, ut rei, pignoriſque perſequutio;vel ad duplum, ut furti non manifeſti,vel damni falsò negati, ut ſuprà dictum eſt ex lege Aquilia; vel ad triplum,

Præda, vel immeritis accedens litibus author,
Et primo pariter ſucceſſor plectitur anno.

plum, ut in rapina, vel ad quatruplum, ut in furto manifeſto, & indebito litigatore, ad quam pœnam tenetur etiam hæres in primo anno, *l. 1. ff. de calumniatoribus*.

Ad §. Actionum.

a Denique dividuntur actiones, ut quædam ſint ſtricti Juris, ut nihil addatur ultra expreſſa, quædam verò bonæ fidei, in quibus aliquid ſuperadditur, ſic exigente bona fide, ut evictio in re vendita. Differunt autem primò, quia cõtractus bonæ fidei ex dolo dante cauſam celebrati ſunt nulli ipſo Jure, ſed ſtricti Juris eliduntur per exceptionem, *l. dolo, ubi Gl. C. de inutil. ſtipul.* Secundò, quia in contractibus bonæ fidei uſuræ currunt à die moræ, in aliis, vel ex conventione, vel à die litis cõteſtatę, *l. mora, §. in bona fidei, ff. de uſuris*. Item in bonæ fidei contractibus conditionalibus, admittitur debitor ad cautionem præſtandam. *Arg. ex l. in omnibus, ff. de Iudiciis*.

b Actiones bonæ fidei ſunt Commodatum, Venditio, Locatio, Emphyteuſis, vel è contra. Petitio hæreditatis, familiæ herciſcundæ, comuni dividundo; Pro ſocio, tutela, negotiorum geſtorum, depoſitum, permutatio, Pignus.

a Denique ſeù ſtrictum Jus exigit actio, pactis
Quæ nihil adijciens, expreſſis prorsùs inhæret,
Sive bonæ accedens fidei dat ſæpè quid ultra
Conventum, evictam veluti rem venditor, etſi
Nil dictum foret, inſtaurat. Hanc dextruit ipſo
Jure metus, vel fraus, cauſam ſi præbuit; illud
Excipiens reus infirmat. Parit hìc mora prima,
Fert illhic pactum, vel conteſtatio fructus.
Hanc ubi fortuito placuit ſuſpendere caſu,
Additur aut incerta dies, explere ſequuto,
Debitor, eventu, vel tempore, pacta cavebit.
Hujus b amant Generis ſortem qui commodat, emptor,
Venditor, & certa pactus mercede locator,
Vel contra, longi par temporis Emphyteota;
Cùm ſibi tranſmiſſum defuncti Ius petit hæres;
Familiam qui herciſcuntur, comunia vel qui
Diſtinguunt; ſocius; tutela; negotia geſta;
Depoſitum; qui permutat; qui pignore certant:

Ad §. Fuerat.

c Actio prò dote utramque ſortitur naturam, nàm res uxoria bonæ fidei, ſtipulatio ſtri-

c Aptat utrumque ſibi conventæ exactio dotis;
Quippe bonæ fidei contractum uxoria præbet

Cau-

Digitized by Google

ſtricti Iuris eſt, & tantæ efficaciæ eſt, ut ex ſimplici pollicitatione actionem, & tacitam hypothecam producat tàm contra ſocerum dotem promittentem, quàm contra maritum prò dotis reſtitutione.

Cauſa, dat è contra ſtrictum ſtipulatio nomen?
Quin ligat utiliter nudis conventio pactis,
Vel tantùm promiſſa fides, tacitoque bonorum
Pignore tùm dotans, tùm vir prò dote recepta,
Fœdere quam reddat reſoluto, utrinque gravantur.

Sed ut dotis cauſam pleniùs explicemus, ſit.

Caput Primum.

De Dotis nomine, & ſubſtantia.

a Quamvis quodlibet donum ſive ex natura, ſive ex proſpera fortuna accedens, poſſit generaliter dici dos, ſpecialiter tamen, prout hic eſt ſermo, dos dicitur Ius pecuniæ viro conſtitutum ad onera matrimonii ſubſtinenda, quare non in ipſa pecunia (cujus nomine venit quidquid eſt in noſtro cõmercio) conſiſtit dos, niſi materialiter, ſed in ipſo Iure, quod habet vir. Unde ex ſola promiſſione dicitur mulier dotata, licet teneatur probare numerationem, cùm repetit *l.1. C.de dote cauta non num.* itaùt filia teneatur conferre ſuis fratribus dotem à patre promiſſam, quamvis non in vita, ſed poſt mortem numeratam, & excludatur à ſucceſſione, ubi viget ſtatutum, ut ſtantibus maſculis fœminæ non ſuccedant, ut in Regno Neapolitano.

a SI Genus accipias, donum quodcumque, vel illud
Natura ediderit, vel forte acceſſerit, eſt dos.
In ſpecie (proùt hic) eſt Jus, quod in ære marito
Traditur, ut pactum ſociali fœdere munus
Exigat; ergo licet conventa pecunia dotis
Materiem faciat (quæ vox amplectitur omne
Humano accedens inter commercia lucro)
Dos tamen eſt Jus conceſſum, quod cautio ſola
Conſtituit, quamvis repetentem exceptio pellat
Non numerati æris; nam ſi poſt fata daturum
Promiſit Genitor, ſuccedens filia confert,
Quin & concedit fratri, quaſi dote recepta,
Quem lex dotatæ gaudet præferre ſorori.

Caput II.

De diviſione Dotis:

a Prima Profectitiæ varians diſtinctio dotis;
Atque adventitiæ ſpeciem determinat; illam
Dat Pater, aut gradus anterior, cui Jure paterno
Eſt oneri ſoboles, qua decedente ſuperſtes
Reſtituit ſibi in amiſſæ ſolatia prolis.
Hanc genitrix, aut ipſa ſuo nuptura marito
Dat mulier, frater, vel quiſque extraneus ultrò.
Quam, niſi quid contra placuit, lucrabitur hæres.
Altera [b] dotalem ſtatuit diviſio formam;
Interdùm dat rem dotans; quandoque valorem
Æſtimat, ut pretii faciat conventio dotem,
Eſto viro corpus, velut empti nomine, tradat,
Cui tanquam Domino caſus, augmentaque cedunt,
Ni quæ conjugium præeunt; ſpeciemque ſolutis
Non repetit mulier votis, niſi viribus impar
Deceſſit vir, ſed conventa pecunia doti
Reſpondet, pretiumque rei dotalis iniquum
Inſtaurat lex: Alterutrum ſi reddere pactum eſt,
Nupta viri arbitrium patitur: ſi tradita caſu
Interea pereat res, convento ære maritus,
Quamvis injuſto, ſemota fraude, gravatur;
Si vilis fiat, ſatis eſt hanc reddere; ſponſæ
Si placet arbitrium concedi, electio donec
Præcedat, Dominæ caſus, augmentaque cedunt,
Prædia nec transfert validè dotalia conjux.

a Prima diviſio dotis eſt, ut altera ſit profectitia, quę à Patre, Avo, vel aliis, qui tenentur, cōſtituta eſt, & redit ad dotantem ſuperſtitem filiæ, *l. Iure ſuccurſum, ff. de Iure dot.* altera eſt adventitia, quæ ab aliis, qui nō tenentur, vel ab ipſa muliere ſibi conſtituitur, & hæc ad ejus hæredes tranſit, niſi aliter convenerit.

b Secunda diviſio dotis eſt, quòd altera ſit æſtimata, inæſtimata altera. In illa non cōſiſtit dos in ipſa re, ſed in pretio ipſius, pro quo traditur res marito, quaſi vendita, itaùt periculum, & commodum ſpectet ad virum, tanquam Dominum, & ſoluto Matrimonio, facienda ſit reſtitutio in pecunia, ſive in valore, non in ipſis rebus, niſi vir decoxerit, *l. in rebus, C. de Iure dotium*, quòd ſi in æſtimatione intervenerit læſio, datur reſtitutio, ſed ſi res non extent, ſatis eſt pretium conventum reſtituere, *l. ſi res, §. 1. ff. de Iure dot.* Quòd ſi pactum ſit, alterutrum reſtitui, rem ſcilicet, aut pretium, vir eligit, tenetur tamen, ſi res perierit, ad pretium, ſi verò res extet, quamvis facta ſit vilior, poteſt hanc reddere, *l. plerumque circa finem, ff. de Iure dot.* Quòd ſi electio data ſit uxori, periculum, & commodum antè electionem (ſicuti antè contractum Matrimonium) ad ipſam pertinent, nec interim poteſt maritus rem dotalem diſtrahere.

Digitized by Google

Caput III.

De Cauſa Efficiente Dotis.

a DAt Genitor gnatæ, dat Avus prò munere dotem
Nepti, ubi legitimo deſcendit fœdere proles,
Et validus componit hymen connubia, nam ſi
Gnata vel invito thalamum ſociare jugalem,
Indoctoque paret prorsùs genitore, carebit
Dote, niſi Imperio fuerat dimiſſa paterno,
Sive Tridentini placuiſſet legibus uti.
Nec locuples ſibi diminuit Jus filia, quamquam
Haud alimenta petat ſoboles, niſi vexet egeſtas,
Quippè nec acceptæ compenſat pignora doti,
Si quæ debuerat genitor; quin eſto paternis
E rebus pariter, proliſque ſpoponderit, impar
Ni foret, aut pactis acceſſit filia, dotem
Dat Pater omninò. Verùm ſine dote peracto
Conjugio, diſpar nuptæ quam ſcilicet ætas,
Nobilitaſque viro compenſat, nulla paternum
Lex urget munus, tamen excludente ſtatuto
Fœmineam prolem, nuptæ concede ſorori
In fratrem Ius quæſitum, poſt funera patris
Quo dotem repetat, quamvis copulata marito.
Dotat [b] Avus neptem vivo quoque patre paternus,
Cui ſua progenies oneri eſt; maternus egentis
Defectum ſupplet Patris, cui mater adhæret,
Proximus huic frater cauſa impellente ſororem
Dotat; vaſallus Dominam; vitianſque puellam,
Aut rapiens dabit illato prò crimine dotem.

a Pater, & Avus paternus tenentur ex officio dotem filiæ, vel nepti conſtituere, *l. ult. C. de dotis promiſſ.* Avus maternus in defectum, *l. non quemadmodum, ff. de lib. agnoſc.* ſicut mater, frater, &c. qui non tenentur, niſi magna, & gravi urgente cauſa, *l. neque mater, C. de Iure dot.* Requiritur tamen validitas Matrimonii, quamvis invito patre contracti, ubi receptum fuit Sacrum Conciliũ Tridentinum; nec excuſatur pater ob filiæ divitias ab obligatione dotandi, ſicuti excuſatur ab onere alimentandi, quia hoc ſupponit egeſtatem, illa officium, itaùt ſi ipſe ſit debitor filiæ non poſſit debitum doti compenſare, *d. l. ult.* Et ſi dotem promiſerit partim de bonis ſuis, partim de bonis filię, tenetur ipſe in ſolidum, niſi vel ipſa filia conſenſerit, vel ipſe fiat decoctus, *d. l. ult.*

b Avus paternus, ut ſuprà dictum eſt, tenetur ex officio etiam vivente patre, maternus verò in ſubſidium, *d. l. non quemadmodum*. Ita mater, frater, &c. Vaſallus tenetur Dominæ ſuæ dotem dare, & raptor, & ſtuprator, *ut infrà de publicis Iudiciis*.

Digitized by Google

Caput IV.

De cæteris cauſis dotem conſtituentibus.

a Materia dotis poteſt conſtitui in quacumque re, quæ ſit in noſtro commercio, nec certam formam civilem requirit.

b Quamvis contractoMatrimonio poſſit prò dotis ſecuritate dari pignus, non poteſt tamen dari fidejuſſor, niſi inter generum, & ſocerum, non inter ipſos conjuges, nè perfidiæ cauſa oriatur, ſi mulier alterius fidem ſequatur, quàm ſui viri, cui ſe tradidit, *l.* 1. *C. Nè fidejuſ.dot. ubi D.D.*

c Promiſſio dotis non expreſſa quantitate ſi fiat ab eo, qui tenetur ex officio dotare, valet, lex enim quantitatem declarat; ſecùs verò ſi ab extraneo, quippe hic dando nummum viliſſimum liberatur, & ita conciliatur *Textus in l.cùm poſt.* §. *Gener, ff. de Iure dotium*, & *Tex. in l.* 1. *C. de dotis promiſs.*

a Materies, privata hominum commercia quidquid
Tractant, ſive ſuo conſiſtat corpore, par eſt,
Aut incorporeum fuerit, ceù Iura; nec ullam
Civilem expectat formam, cùm pactio ſimplex,
Nudaque dotantem feriat promiſſio. b Pignus
Sed quamvis liceat contractis addere votis,
Conſulat ut doti mulier, ſupponere nunquam
Fas tamen alterius fidem erit, fruſtraque cavebit,
Nè, cui ſe dederat, veluti diffiſa marito,
Perfidię cauſam conjux ferat; ergò nec ultro
Dante viro validè Fidei ſibi Iuſſor adhæret,
Ni vel contractum præcedat cautio Fœdus,
Aut inter Generum, ſocerumque reciproca detur.
Si c Genitor, nuptæque ſuo qui ex munere dotem
Exhibet, incertam ſummam promiſerit, æquam
Viribus, & Genero reddat; ſi extraneus ultrò
Spondeat, aut conjux, impar foret actio, nummo
Scilicet omninò dotans quam ſolveret uno.

Caput V.

De Privilegiis Dotis.

d Primum dotis Privilegium eſt efficax obligatio ex pacto nudo, & tacita hypotheca ex parte utriuſque, *l. un.* §. *Et ut pleniùs, C. de rei uxor. act.* & utrumque ad hæredes tranſit.

d Mutua conjugibus nudis exactio pactis,
Ac tacito paritur contractum nomine pignus,
Hæredique ſuo Ius tranſit utrumque viciſſim.

Quin

Digitized by Google

Quin [a] etſi Patris tantùm ſtipulatio proſit
Subiectæ proli, tamen utilis actio nepti,
Materno ejus Avo dotem ſtipulante,faveret.
Si [b] repetat mulier defuncto Conjuge dotem,
Anterior,quamvis expreſſo pignore cautus,
Creditor uxori concedit,ni vel emendæ
Militiæ intuitu,ſemota fraude,hypothecam
Contraxit, cui poſterior ſupponitur uxor,
Labentes aut ære ſuo inſtauraverit ædes;
Antiqua pariter vincit prò dote Novercam
Privignus,niſi,quæ bona tradidit ipſa,ſuperſint;
Scilicet hæc repetit Dominæ quaſi Iure;præitque
Anterior Fiſcus,par lex cùm ceſſet utrinque,
Adiungitque viri ſumptus prò funere praxis.
Non [c] favet hæredi uxoris prælatio,quamvis
Hanc prò dote parens proli comunicet uni;
Sed quandoque tamen viduæ ſibi creditor aptat
Simpliciter Ius cedentis,ni verba ſoluti
Vim ferrent,fuerit vel pacta novatio;quippè
Nomen adhùc priùs urgeret,ceſſante marito.
Uſuras [d] viri ab interitu lex adijcit ultrò,
Immeritò ſortem ſi reddere differat hæres.
Interdùm [e] quoque conjugio conſtante,maritum
Si nimis alterius premat æs,dotalia,quamvis
Tradita ſub certo pretio,bona vindicat uxor,
Imò ſuum,quaſi jam reſoluto fœdere, Pignus
Exigit,ut dotem ſimùl,antifernaque ſervet
Munera,rem certam retinens dotalibus æquam
Viribus: At quamvis cum fructu gaudeat uſu,
Utiliter vivente viro,non diſtrahit,eſto
Poſterior tùm Natura concederet Actor,

a Secundum Privilegium eſt, ut poſſit Avus maternus ſtipulari prò ſua nepte, *l. Cajus, ff. ſol. matrim.*

b Tertium Privilegium eſt prælationis mulieris, prò dote conſequenda, creditoribus mariti etiam anterioribus, ſive tacita, ſive expreſſa hypotheca anteriori contraxerint, ex generalitate textus *in l. aſſiduis, C. qui pot. in pign. hab.* quod magis probatur ab exceptionibus, quæ in contrarium firmant regulam. Nam creditor anterior, qui dedit viro pecuniam ad emendam militiam, ſine tamen fraude. Item qui ad rem reficiendam. Item filii prò dote anteriori contra Novercam. Item Fiſcus anterior, præferuntur mulieri poſteriori, qui tamen utplurimùm expreſſa hypoteca contrahunt. *Auth. de æqualitate dotis, §. Quia vero, & §. His conſequens. d. l. aſſiduis, §. Exceptis.* Et in praxi ſervatur prò expẽſis funerariis dotẽ cedere, quod pium eſt.

P   Tùm

c Hoc autem privilegium, exceptis filiis nulli ſive hæredi mulieris, ſive creditori conceditur, *Auth. ut ex actione dotis in princ.* Verùm ſi creditor ſit ceſſionarius mulieris ceſſione ſimplici contra maritum, poteſt uti privilegio prælationis, ad evitandũ circuitum inutilem, cùm enim ex ſimplici ceſſione non ſit extinctum Ius contra mulierem, ſi ceſſionarius vinceretur à creditoribus mariti anterioribus, haberet contra mulierem regreſſum, & hæc vigore privilegii contrà creditores; quarè ſecùs eſt, ſi ceſſio ſit per viam dationis in ſolutum, vel per novationem, quæ extingueret creditum contrà mulierem.

d Quartum Privilegium eſt, uſuras à die moræ incipere, cùm habeat dos rationem contractus bonæ fidei.

Digitized by Google

e Quintum Privilegium eſt, ut ſi vir vergat ad inopiam, poſſit mulier etiam conſtante matrimonio dotalia bona vindicare, quamvis aſtimata, & ſuper bonis viri ſecuritatem prò dote, & antephato petere, excluſis creditoribus, quibus ipſa præferenda eſſet, *l. ubi adhùc, C. de Iur. dot.* non tamen poteſt mulier diſtrahere illa bona, ſed tantùm uti, & frui, *dicta l. ubi adhùc*.

Tùm Iure. [a] Et ſi quam pretium dotale dedit rem,
Dotem, ſi mulier pactis acceſſerat, auget.
Quamvis [b] interitu mandantis, ubi integra res eſt,
Mandatum pereat, doti tamen aſſidet hæres.
Non [c] ab Iure Patris carpit quandoque gravamen
Filia, quo doti, vel contra conſulat, impar
Legitima oblatæ fuerit ſi portio doti.

a Sextum Privilegium eſt, ut res empta ex pretio rei dotalis conſentiente uxore, fiat dotalis, *l. res qua, ff. de Iure dot. & l. ex pecunia, C. de Iure dot. ubi Gl.*

b Septimum Privilegium eſt, ut mandatum prò dote non expiret per mortem etiam re integra, *l. ſi ego, §. Si eas, ff. de Iure dot.*

c Ultimum Privilegium eſt, ut ſi ad dotem, vel antephatum filiæ non ſufficiat legitima poſſint alienari bona fideicommiſſo ſuppoſita, *Auth. res qua, C. Comunia de leg. & Auth. de reſtitut. & ea qua parit, &c.*

Ad §. In bonæ fidei.

[d] Mutua ſive bonæ fidei ſint Iura, vel ortum
Stricto Iure trahaut, ſi rerum functio detur
Ejuſdem Generis, veluti quæ pondere conſtant,
Menſura, aut numero, extinguit lex ipſa, viciſsim
Compenſans utrumque ſimùl, nec pignora ſervat
Addita Religio; ſpeciem non altera tollit
Ipſo Iure, cadit ſpecies tamen utraque pacto;
Ergo nec alterutrum ſpecie, vel pondere nomen
Contractum, arbitrio nondùm præeunte caducat,
Par [e] cum depoſito cenſum, decimaſque reſervat
Lex, ceſſumque priùs ſibi pignus tertius actor.

d Agitur hic de Compenſatione, quæ eſt debiti, & crediti liquidi inter ſe facta contributio, quæ inter res fungibilis generis, quæ ſcilicet conſtant pondere, numero, vel menſura, fit ipſo Iure, ſive contractus ſit bonæ fidei, ſive ſtricti Iuris, nec Iuramentum conſervat debitum. In aliis verò rebus ex pacto, non ipſo Iure extinguitur debitum; nec ſi debitum ſit alternativum, aut in pecunia, aut in ſpecie, niſi præceſſerit electio.

e Excipitur ab hac regula depoſitum, ut lib. 3. dictum eſt. Item cenſus, vel decimæ. Item non datur compenſatio adversùs tertium creditorem, cui illud debitum antecedenter erat hypothecatum, *ut not. de Francb. deciſ. 53.*

Ad

Digitized by Google

Ad §. Præterea.

a ARbitrium quandoque expectat Judicis actor,
Ut cùm reſtitui, quaſi vi, vel fraude petitus
Inſtaret, ſi nempè gravis metus impulit, annus
Si duplex, vel conventi reverentia fraudis
Iudicium renuat, ceù qua cum Patre marito,
Aut Domino proles, uxor, libertus adhærent,
Excludatque doli tenuis jactura querelam.
Par his arbitrium vult actio, ut exhibeas rem,
Inquirens priùs, an certo de corpore conſtet.

a Recitantur hic quædam actiones arbitrariæ, in quibus plurimùm Iudicis arbitrium eſt, quomodo Actori ſatisfaciendum ſit, uti eſt actio de dolo, debet ſiquidem Iudex arbitrari, an verè interceſſerit, an ſit lapſum tempus, an cauſa ſit gravis materiæ, reverentia prohibeat, &c. Sic etiam actio ad exhibendum, priùs enim Iudex debet arbitrari an certum corpus exhibendum petatur.

Ad §. Curare cum ſequentibus.

b JUribus alternis Iudex hinc, indè probatis,
Prò certa re decretum pronunciet, aut Ius
In certum referat, veluti cùm filia dotem,
Legitimamque petit gnatus, quartamque Patronus.
Illatum c triplo damnum luit actio juſto
Plus repetens, res ipſa reò, vel cauſa gravamen
Afferat, alterutrum veluti ſtipulatus, ut aurum,
Aut ſervum, certam ſpeciem ſibi vindicet Actor;
Par varians locus inſtaurat. Si tempore peccet,
Hoc geminat Iudex; perimit fraus addita litem;
Sed juſtè erranti licet emendare libellum.

b Poſt receptas probationes Iudex ſententiam proferens debet certam quantitatem determinare, vel ad Ius referre, ſi v.g. legitimã, dotem, vel quartam ſolvendam pronũciet.
c Actor plus juſto exigens, & Iudex condemnans, ſive hoc ſit re, ſive cauſa, ſive loco, ut ſi petat mille, cùm ſit creditor in centum, vel petat abſolutè cùm ſit creditor alternativè, &c. damnantur in triplum illati damni, ſi verò petatur plus ratione temporis, quia ſcilicet antè præfinitum tempus petitur, duplicantur induciæ; quòd ſi fraudulenter id acciderit, cauſa cadit; ſi ignoranter, poteſt libellum corrigere.

Ad §. Sunt Præterea cum ſeqq.

d DEbita convento interdùm reverentia parcit,
Ut juxta vires (humilis nè vexet egeſtas)
Damnetur, ceù ſi mulier prò dote maritum
Urgeat, aut prolem; ſolidum ſtipulata nec addit
Pa-

d Recitantur hic quædam perſonę, quibus ob reverentiam conceditur, ut non teneantur in totum, ſed ſo-

Digitized by Google

ſolùm in quantum facere poſſunt deducto nè egeant. Ita ſocer ad dotis promiſſæ, vel maritus, reſtitutionem, quod etiam ad filios tranſit, etiam ſi fiſcus prò uxoris delicto dotem confiſcaret, *l. rei*, *§. fin. l. maritum, l. alia*, *§. Eleganter, l. 37. ff. ſol. matrim.*

a Excipiuntur ab hac regula res propriæ, & dotales ipſius uxoris, vel ſi ipſa mulier ſit pauper, & in judicio rerum amotarum, *l. ſi rerum, ff. de re jud.* & ſi dotem promiſerit extraneus, in quo ceſſat reverentia.

b Gaudent etiam hoc Privilegio Pater, frater, ſocius, Epiſcopus, & aliæ perſonæ hic recitatæ *in §. Sed etſi quis, & l. ſunt qui cum ſeq. ff. de re judic.*

c *Ut hic in §. fin.*

Pactio; par contra ſocerum ſententia fertur;
Ipſe nec uxorem feriens prò crimine fiſcus,
Iure ſuo exueret, repetat ſi à conjuge dotem.
Excipe [a] dotalem fundum, vel prædia nummo
Dotali quæſita, ſibi quæ vindicat uxor,
Ipſa vel indigeat mulier, nec quæſtio gaudet
Rerum amotarum, dotiſque extraneus author
Par [b] Ius indulget Patri, cui proximus hæret
Patronus, Præſul, Parochus, cum fratre, Magiſter,
Miles, donator, ſocius, niſi crimine agatur,
Quique [c] bonis conceſſit inops, nec pinguior indè
Accedens Iuris quæſiti ſors premit uſum.

Quod cum eo, qui in aliena Poteſtate eſt negotium geſtum eſſe dicitur.

Titulus VII.

d Aliquando Pater, & Dominus ex filii, vel ſervi contractibus obligantur, præcedente eorum Iuſſu, vel ſequenti ratificatione initis. Et primò ſi Pater, vel Dominus filium, vel ſervum Navi præpoſuerit, tenetur enim oneribus Navis occaſione emergentibus, & hæc vocatur actio Exercitoria. Secundò ſi filium vel ſervum tabernæ, hoc eſt lo-

[d] SErvili Dominus, prolis quandoque ligatur
Contractu genitor, vel quem præceſſit eorum,
Iuſſus, ſive ratum ſequitur, niſi legibus impar
Ætas abſolvat, ceù quem Tutore dediſſet
Abſente impubes. Primò ſi à Patre Magiſter
Navi exercendæ præponitur, arguit ipſum
Intuitu Navis contractum pignus; eodem
Iure premit Dominum, ſervum qui præficit, actor.
Par alieni æris gravitas contracta parentem,
Ipſo ſi fieret gnatus mandante Tabernæ
(Rebus nempè domus peragendis) Inſtitor, urget,
Dividit, acceptis quidquam ſi mercibus addant.
Quæ

Digitized by Google

loco exercendæ negotiationi præpoſuit, & hæc dicitur actio Inſtitoria, & filius dicitur Inſtitor. Tertia dicitur actio Tributoria, qua ſervus acceptis mercibus,ſciẽte, & patiente Domino negotia exercuit, ſi enim debita contraxit, debet fieri Tributum inter Dominum, & Creditorem,& collatis lucro ex ipſis mercibus proveniẽte,atque mercibus, fiat deindè proportionaliter diviſio;ſi verò ignorante Domino id acciderit, priùs deducit Dominus quod ſibi à ſervo debetur, *ut hìc in §. Introduxit*.

Quæ geſsit,Domino patiente,negotia ſervus,
Collato ſimùl ut lucri cum merce tributo,
Symbola tùm Dominus, tùm Creditor extrahat, Id ſi
Ignoret Dominus,deducta merce tributum
Concedit; ſimili ſequitur quem Iure Peculî
Actio, detracto Domini quæ ſcilicet ære
Iudicium tentat.. Sed quatenùs utile geſsit
Filius,aut ſervus patri,Dominoque, tenentur
Hi de in rem verſo,veluti ſi fulſerit ædes
Labentes,dotemque dedit,vel pignora ſolvit.
Actorem [a] removet Macedo,ſi mutua proli,
Quam genitor retinet ſuitate,pecunia detur,
Ni pater accedat, dantem vel falleret error
Comunis, ſive illa ſuis ſe Iuribus uti
Iactaret,patri utiliter vel geſta probetur
Res,aut Imperio poſtquàm ſubducta paterno eſt,
Aſſenſu renovet pactum,vel ſolvere cœpit.

Quarta actio eſt de Peculio,in qua ex ſervi peculio,detracto quod Domino debetur; quidquid ſupereſt creditoribus debetur,*ut hìc in §. cùm autem*, ac tandem datur actio de in rem verſo,ut Pater,& Dominus eatenùs teneantur, quatenùs in eorum utilitatem ex filii,vel ſervi negotiatione proceſſit,*ut hìc in §. Præterea*.

a Filiusfamilias ex mutuo non obligatur, nec ejus pater, niſi de patris conſenſu ſive expreſſo, ſive ſaltem tacito contraxerit,vel in patris utilitatem verſum fuerit,vel mutuator ex comuni èrrore ductus putabat illũ nõ eſſe filiumfamilias,itaùt nec factus ſui Iuris teneatur,niſi denuò conſentiat,vel ſolvere incipiat pecuniam ſibi mutuatam, *ut not Gl. hìc in §. Pen.*

De Noxalibus Actionibus.

TITULUS VIII.

b Dominus ex ſervi maleficio tenetur noxali actione, vel damnum reficere, vel ſervum dedere,*ut hìc in princ.*quæ actio ità ſervi perſonam ſequitur, ut cum ipſo extinguatur,

[b] Noxali Dominum ſervilis noxia plectit
Lege,vel ut ſervum dedat, aut illata rependat
Damna; ſuum caput hæc ſequitur, cadit ergo ſequuto
Interitu ſervi,quem ſi diſtraxerit,emptor
Noxalem patitur; fraudem ſi junxerit author,
Ar-

Digitized by Google

tur, & ſi Dominus diſtraheret, noxalis emptorem ſequatur; quòd ſi dolo id egerit, arbitrium eſt damnificati, *ut hic in* §. *Omnis autem, ubi Gl.* quòd ſi ſervus damnum refecerit acquiſita pecunia, liberatur, *ut hic in* §. 1.

Arbitrio alterutrum ſiſtit ſub Iudice læſus.
Si damnum à dedito quæſita pecunia ſervo
Inſtauret, libertatis dat munera Prætor.

Si Quadrupes Pauperiem feciſſe dicatur.

Titulus IX.

a Ad ſervi ſimilitudinem noxali ſupponitur Dominus animalis ex fervore, laſcivia, vel feritate inſueta ſuæ naturæ damnificantis; nam quæ ex ſua natura damnificãt non poſſunt duci per vias publicas, ut ſunt Urſi, Lupi, Leones, &c. ſub pęna arbitraria in caſu, quo percutiatur liber homo; cętera verò dãna duplo puniuntur, *ut hic in fine.*

a PAr ſervo quadrupes, cujus laſcivia, fervor,
Aut feritas damnum Generi nõ ſueta dediſſet;
Nam quà vulgo iter eſt, quæ naturaliter obſunt,
Bruta vetat duci Prætor; ſecùs exigit æquam
Iudicis arbitrio pęnam, ſi vulnere Civem
Ingenuum feriant: inſtaurat cætera duplo.

De Iis, per quos agere poſſumus.

Titulus X.

b Agimus ſive per nos ipſos, ſive per Procuratorem, ſic etiam Tutor prò pupillo, Curator prò minore, pater prò filio, maritus prò uxore, &c.

b NOmine ſępè ſuo proprium Jus exigit Actor
Alterius quandoque vices mandantis; adultum
Curator ſequitur; certat prò impubere Tutor,
Accedit proli genitor, nuptęque maritus.

De

De Satisdationibus.

TITULUS XI.

a Deficiente Mandato, is qui alterius nomine agit, tenetur cautionem dare, quòd Ratum erit ſuo principali quidquid ipſe ejus vice geſſerit, *ut hic in* §. *Sin autem*, ſic etiam ſi reus ſit præſens, & ſit ſuſpectus de fuga, tenetur cautionem dare de judicatum ſolvendo, vel comparendo coram Judice, *ut hic*.

a Mandato ceſſante, Ratum fore, cautio detur,
Quidquid erit geſtum Domino; quandoque cavendum
Juſſa ſequuturum, vel coram Judice ſiſti
Conventum, quem juſta fugæ præſumptio vexat.

De Perpetuis, & Temporalibus Actionibus.

TITULUS XII.

b Actiones Prætoriæ debent regulariter infrà annum, utilem tamen, terminari, excepta bonorum poſſeſſione, fideicommiſſaria petitione, & furti manifeſti, quæ perpetuantur, *ut hic*. Civiles verò ſi ſint reales, durant viginti, perſonales verò triginta annis; ſed poſt conteſtationem dantur alii decem anni, *l. ſicut, & l. omnes, C. de præſcript.*

b Clauditur annali Prætoria temporis uſu
Quæſtio; perpetuo fideicommiſſa, bonorum
Poſſeſſus, manifeſta rei ſubtractio gaudent,
Et quibus acceſſit civilis formula, litem
Ni poſt vicenos in rem conceperit annos,
Vel poſt terdenos perſonam provocet Actor,
Qua conteſtata decimus ſuperadditur annus.

Digitized by Google

De Exceptionibus.

TITULUS XIII.

CAPUT PRIMUM.

De nomine, & ſubſtantia Exceptionis.

[a] OPpoſita Actorem plerumque Exceptio turbat,
Qua ſua legitimè conventus Iura tuetur;
Hanc naturali ductam quaſi lumine Princeps
Nequidquam omninò removet, licet actio Jure
Interdicta foret, ceù quos Eccleſia damnat:
Quin validè ſpeciem varians, reus excipit, impar,
Si primæ fuerit, niſi quæ directa repugnet.
Nec [b] Jus Actoris, replicans *ſolviſſe*, fatetur.

a Exceptio eſt actionis excluſio, ad ſui defenſionem, quarè nõ poteſt omninò tolli à Principe, quamvis poſſit actio, quæ non tàm defenſio, quàm offenſio eſt, ut patet in excommunicatis. Hinc ſi reus in oppoſita exceptionis ſpecie, deficiat, poteſt variare, dummodo non in directò contrariis, *c. nullus pluribus, ubi Gl. de reg. Iur. in 6.*

b Excipiens ſe ſolviſſe non ex hoc cenſetur fateri debitum, *l. ſi quid eſt, C. de exception. & l. non utique, ff. eodem.*

CAPUT II.

De Exceptionis diviſione.

[c] PRima Genus duplex variat diſtinctio, litem
Vel prorsùs perimit, vel tantùm Exceptio differt;
Extinguit Iudex, Macedo, Velleja, ſolutum;
Differt, quo fuerat dilata ſolutio, Pactum,
Et non ſimpliciter convento Judicis impar
Dictio, quam litem paſſus procedere fruſtra
Tentat; quæ dirimunt validè reus excipit, antè,
Quàm Judex fuerit defunctus munere lato
Decreto; quandoque tamen ſi nulliter actum
Ex-

c Prima diviſio Exceptionum eſt, quòd aliquæ ſunt peremptoriæ, & litem extinguũt, ut Judicis omnimoda incompetentia, Macedoniani, Vellejani, ſolutionis, & ſimiles; aliæ ſunt dilatoriæ, quæ differunt, non extinguunt litem, ut incompetentia non omnimoda, pa-
ctum

Excipiat, vel falſa probet documenta, ſolutum
Vel doceat, nec lata reum ſententia pellit.
Dat [a] binas iterùm ſpecies Exceptio, Juris
Altera, qua Ius actoris corrumpitur, ut ſi,
Solemnis quæ debuerat ſtipulatio, nudis,
Nè peteret, pactis prohibet conventio. Facti
Altera, qua tantùm caderet præſumptio, non Ius,
Antè quod extinctum fuerat, ſi nempè ſolutum
Objicitur, non Iure petens expellitur actor.

ctum de non petendo ad certum tempus, & ſimiles. Hę non poſſunt opponi poſt litem conteſtatam, niſi tunc emerſerint, illę uſque ad ſententiam, ac etiā poſt, ſi velit excipere de nullitate, vel falſitate Inſtrumentorum, vel ſolutione, *Clement. 1. de ſent. & re judic, cap. licet cauſam de probat. l. peremptorias, C. ſentent. reſcin. non poſſ. Gl. in l. 1. C. de Iuris, & facti ignor.*

a Secunda diviſio eſt, quòd quædam ſunt Juris, quę ſupponunt Jus in actore, quod per exceptionem eliditur, ut pactum nudum de non petendo, quod non poteſt ex ſe Jus actoris extinguere, *l. ſi unus, §. Pactus nè peteret. ff. de pac.* aliæ ſunt facti, quæ non ſupponunt Jus in actore, ſed illius intentionem excludunt, ut ſolutionis. Ut autem ad ſingulas exceptionum ſpecies deſcendamus. Sit.

Caput III.

De Exceptione Incompetentiæ.

[b] JUdicis Imperio ſupponi ſæpè recuſat
Excipiens, propriumque Tribunal provocat, aut quod
Indulget miſeris Princeps, quo munere pauper,
Miles cum vidua, impubes, Eccleſia gaudent,
Vel quod Iura creant. Prior hoc ſortitur origo,
Subdunt contractus, ſita res, habitatio, crimen.
Dat primum Natura forum, qua ſcilicet Urbe
Vel caſu prolem genitrix eduxerit alvo,
Nec patrium Ius expectat, quin poſthuma patris
Interitu ſoboles patria fori origine gaudet;
Legitimam pariter genitor concedit adoptans;
Incola maternæ, & vulgo conceptus adhærent,

b Judex dicitur cōpetens vel ex privilegio, quo gaudent pauperes, viduæ, & aliæ perſonæ miſerabiles, vel ex Jure ordinario dependente ex origine, contractu, re ſita, domicilio, & delicto. Forum ratione originis ſortitur quis ex propria nativitate, vel patris, etiam adoptivi, *l. 1. & l. libertus, §. In adoptiva, ff. ad municip.* niſi abſit *l. 1. C. de municipibus lib.* 10. non ſequitur autem matris originem, niſi ibi habitet, vel ſit vulgo conceptus, *l. ejus qui, ff. cit.* non tamen requiritur, quod ſit in poteſtate patris.

Digitized by Google

Cōtractus [a] locus ipſe forum ſibi deſtinat, in quo
Convenit, ſequitur feriens diſtractio pactum,
Ceù qua excludit non numerata pecunia vires
Mutui, & indè ſuam (ut valeat) ſtipulatio, quęrit,
Eſto alibi fuerit directa ſolutio, formam,
Poſterior tamen exequitur locus. Advena, vel qui
Confeſtim diſceſſurus contraxerit, abſens
Nequidquam patitur Actore vocante Tribunal.
Dat [b] Res ipſa forum, Dominus quam vindicat, aut quam
Pignore perſequitur, Iudex niſi protinùs impar
Sit poſſeſſori, layco ſi nempè Sacerdos
Siſtitur; at furem Iudex condemnat uterque,
Aut ubi ſubijcitur perſona, ſita aut ubi res eſt.
Incola [c] longæva patitur mora in Urbe Tribunal,
Acceditque viro, conſtant dum fędera, conjux;
Huuc & onus, munuſque premunt, ſed præſtat Origo:
Si plures [d] placeant diſtinctis Urbibus ædes,
Iudicium patietur, ubi pars magna bonorum eſt;
Imò nec Imperium declinat Iudicis abſens.
Excipe, certa moram faciat ſi cauſa, nec ultra
Permaneat, veluti functurus munere Iudex,
Mercator plures in mercibus exigat annos.
Denique [e] noxa forum jubet, ut quam polluit Urbem
Crimē, ibi meritam ſceleris pęnam eluat author;
Hùc quoque poſt culpam profugus tranſmittitur antè,
Quàm ſontem Iudex ulciſci cęperit alter,
Quippè vagus, cui nulla domus, vel origo Tribunal
Diſtinguit, quocumque dabit ſub Iudice pęnam.

a Forus ratione contractus dicitur, in quo contrahitur, etiam in ordine ad contractū diſtrahendum, exceptio enim non numeratæ pecuniæ in eodem foro diſcutienda eſt, in quo mutuū fuit contractū. In quo notandū eſt, quòd ad validitaté cōtractus ſervāda sūt ſtatuta loci, in quo cōtrahitur; quoad exequutioné verò ſtatuta loci, in quo eſt deſtinata ſolutio, *Arg. ex l. contraxiſſe, ff. de act. & obl.* non poteſt tamen ratione contractus cōveniri absēs, *l. hæres absēs, §. proindè, ff. de Iudic.*

b In actione reali, vel pignoratitia forus eſt locus, in quo res ſita eſt, *c. ſanè de foro compet.* niſi aliàs Judex ſit omninò incompetens. Verùm in odium furis poteſt tàm Iudex rei furtivæ, quàm perſonæ delinquentis procedere, *Auth. ut omnes obed. Iud. §. hæc conſiderātes.*

c Incolatus longęvus dat forum domicilii, & uxor durante matrimonio ſequitur viri forum, *l. Cives, C. de incolis lib.* 10. niſi propter aliquam cauſam particularem ibi commoretur, ut Iudex, ſcholaris, mercator, &c. cùm non poſſit colligi animus perpetuò commorandi, *l. 2. C. cit.* Subit etiam munera, & onera illius Civitatis, ipſi tamen præfertur originarius, *l. libertus, §. præſcrip. ff. ad municip.*

d *Arg. ex l. quæritur, ff. de ſtatu hominum, & d. l. hæres abſens.*

e Tandem forus delicti eſt, ubi committitur, ad quem remittendus eſt delinquens, niſi alter Iudex cauſam agitare incæperit, nam contra vagos quilibet Iudex procedit, *ut in Auth. ut nulli Iudic. §. Si vero quis compreenſorum cum ſeq.*

Digitized by Google

Caput IV.

De Libelli Exceptione.

a Libellus civilis non exprimens certam quantitatem, niſi quæ à Jure determinatur, ut legitima, dos, &c. ineptus eſt; Item criminalis non expreſſa perſona delinquentis, loco, & tempore commiſſi criminis.

[a] Actio ſi quidquam obſcuro concepta libello
Exigat incertum, nec mox diſtinguat, inani
Judicio certat, Generis par quæſtio, ni quam
Lex dirimit, damnans veluti prò dote parentem,
Vindicet aut proles genitoris ab ære trientem;
Si ſcelus obijcitur, proprio vel munere ſontes
Inquirit Judex, tempus, perſona, locuſque
Criminis expoſita conſtent omnino querela.

Caput V.

De Procuratoria Exceptione.

b Agens nomine alterius debet Reo petenti ante litis conteſtationem (nam poſt nequit excipere, niſi omninò nulliter egiſſet, ut impubes, & alii, qui hic recitantur *in §. Præterea, & in l. 2. cũ ſeq. l. neque fœmina, ff. de Procurat. l. militem, l. licet in princ. C. eodem*) vel mandatum exhibere, vel cautionem de rato, ut ſuprà dictum eſt in tit. de ſatiſdat.

c In actionibus criminalibus criminaliter motis, in quibus ad pœnam corporalem agitur, non admittitur Procurator, niſi ad allegandam juſtam abſentiæ cauſam, ætatem ſcilicet, infirmitatem, perhorreſcentiam partis, &c. *c. veniens de accuſat. l. pen. §. fin. ff. de public. Judic.* vel ubi agitur civiliter, ad pœnam ſcilicet pecuniariam.

[b] Alterius vice contendens removebitur Actor
Judicio, niſi vel conſtet mandata facultas,
Sive *Ratum* caveat; ſed cùm teſtata foret lis,
Nequidquam reus exciperet, niſi prorsùs inanem
Paſſus, ut impubes, furioſus, fœmina, ſervus,
Cauſam extranei agens miles, vel falſus adulti
Curator. [c] Quandoque tamen vult Judice coram
Siſtere cauſa reum, ceù qua prò crimine fiſcus
Exigit in corpus pœnam, niſi tarda ſenectus,
Vel gravis excuſet morbus, vel terreat hoſtis;
Adde levem culpam, vel cui civilis adhæret

 Ul-

a In quibuſdam cauſis non ſufficit mãdatum generale, ſed ſpeciale requiritur, ut in exceptione contra actorem, vel teſtes, in ceſſione Jurium, in trãſactionibus, ad proponendas appellationes, *ut not. DD. in l. ult. C. de Procurat.* Et ſi principalis aliquibus expreſſis deinde plenam facultatem conceſſerit, intelligitur ad ſimilia, non majora. *Arg. ex Clem. non poteſt de Procurat.*

Ultio. a Mandatum quærit ſpecialiter addi,
Quæ vult Actorem, vel teſtem Exceptio pelli;
Accedit lædens Dominum tranſactio; Juris
Ceſſio, legitimè valeant cui pignora ſolvi;
Ut lato victus decreto provocet, ut ſe
Excuſet Tutor. Verùm ſi plena facultas,
Expreſſis, quæ mandari ſpecialiter optant,
Additur, ad ſimiles tantùm producito cauſas.
Sed nequit Impubes, Tutor cui deficit, aut quem
Nondum pubertas plenos evexit ad annos,
Demandare vices, Curator ni probet author.

Captu VI.

De Exceptione legitimationis Perſonarum.

b Si Actor non ſit legitima perſona, Judicium eſt nullum, nec per Principis reſcriptum ſubſtineri poteſt, itaùt nec trina ſententia reo obſit, ita ſi quis excommunicatus ob Clerici percuſſionem, ſivè primò agat, ſive actorem reconveniat, nec per ſe, nec per Procuratorem auditur, imò ex officio Judex repellit. At ſi opponatur à reo, debet ſpecies exponi, & infrà octo dies probari, *c. 1. de exception. in 6.*

b Legitima Actori perſona ubi deſit, iniquum
Iudicium tentat, vires, nec Principis addit
Imperium, nec trina reum ſententia vincit;
Sic quem Pontificis decreta fidelium ab Orbe
Sejungunt, quia Presbyterum percuſſerat, actor
Sive foret primus, vel jam conventus agentem
Iudicio repetat, decreti exceptio turbat,
Mandato nec agit, neque conteſtatio litem
Legitimat; quin ipſe ſuo prò munere Iudex
Reijcit: At certam ſpeciem declaret, eamque
Octenis probet excipiens omninò diebus.
Aſſidet Impubes, Tutor cui deſit, adultus,
Cui Curator abeſt, furioſus, prodigus, amens,
Banditus, ſervus, legi ſubiecta paternæ
Progenies, Monachus, niſi agendi copia detur,

Digitized by Google

Caput VII.

De Suſpecti Judicis Exceptione.

a Judex alterutri ex litigantibus ſuſpectus poteſt ante litem conteſtatam (non verò poſt, niſi cauſa superveniat) recuſari, *l. ult. C. de Exceptionibus*.

b Juſtæ autem cauſæ eſſent, ſi ſuum votū propalaverit; gravis inimicitia; conſanguinitas, vel affinitas uſq; ad ſecundum gradum de Jure Canonico, & ſimiles. Cauſa autem propoſita committitur duobus arbitris, qui illam examinent, *c. ſuſpicionis, de off. deleg.*

[a] POſtquàm legitimis perſonam Iuribus uti
Conſtitit, alterutrum ſuſpecti Iudicis urna
Nè gravet, excipiens removet, procedere donec
Iudicium patitur, tacito, nè ſcilicet illum
Approbet aſſenſu, litem ni juſta ſequatur
Suſpicio, [b] veluti ſi votum proferat antè,
Quàm litem dirimat Iudex; ſi victus ab ipſo
Provocet; aut odij vexet præſumptio (cauſam
Sed probet excipiens); ſi munere captus iniquo
eſt.
Affinem pariter, conſanguineumque, ſecundo
Quem gradui nectit Canonum menſura, Patronum
Adverſæ partis meritò cum teſte repellit.
Aſſidet indoctus Iudex, nimiumque ſeverus,
Aut par Iudicium patiens; probet indè querelam
Arbiter, inſontem nè ſcilicet improba pulſet.

Caput VIII.

De Exceptione Pacti de non petendo.

c Actio oriens ex ſtipulatione cùm non poſſit tolli ipſo facto per pactum nudum, eliditur oppoſita exceptione, quæ tàm debitori prodeſt, quàm fidejuſſori, niſi eſſet perſonalis. Si verò actio ſit criminalis tollitur ipſo Jure, *Gl. hic in §. Præterea debitor, in verbo non omninò*.

[c] ETſi ſolemni contractum nomine nuda
Pactio nequidquam perimat Ius, cùm tamen
Actor,
Nè peteret, vi ſemota cum fraude, ſpopondit,
Excipiens reus excludit; ſimilique potitur
Lege fidejuſſor, ni perſonaliter actum eſt.
Dextruit omninò conventa remiſſio crimen.

Digitized by Google

Caput IX.

De Doli Exceptione.

[a] Actorem dolus expellit, vel conſtet iniquum
Fallendi votum, gravis aut re læſio fraudem
Arguat. Hinc gnatæ pactum, cui nulla, vel impar
Tradita dos fuerat, patriis quo Iuribus ultrò
Abſtinet, invalidat præſumptæ Exceptio fraudis.
Excuſat levitas pretii, ac reverentia parcit,
Huic mulier, pia cauſa, minor quoque ſubditur ætas,
Quippe dolo repetens Tutore abſente ſolutum
Impubes pignus, jactura factus alius
Ditior, oppoſitis concedit queſtibus actor.

a Dolus vel ex pravo animo, vel reipſa ob maximam læſionem, intercedens in contractu, ipſum oppoſita exceptione, irritat, ſic reſcinditur renunciatio ſucceſſioni paternæ facta à filia nulla, vel nimis incongrua dote recepta. Id autem limitatur ſi vel levis ſit læſio, vel debita reverentia famoſam doli exceptionem excluderet. Contra verò ligantur etiam mulier, adminiſtrator Eccleſiæ, pupillus, qui ſi repeteret debitum ſibi ſolutum quamvis ſine authoritate Tutoris, excluditur oppoſita doli exceptione, nam Iuris rigore debitor non eſſet liberatus.

Caput X.

De Exceptione Senatus Conſulti Vellejani.

[b] Dat Vellejus opem, qua fœmina fungitur ultrò
Incumbens alieno oneri, repetitque ſolutum,
Huic & ſucceſſor, fidei quoque Iuſſor adhærent,
Excipe [c] ſi binos iterùm poſt caverit annos,
Sive ſuo acceſſit alienæ pignore doti,
Vel pretium ſervi prò libertate ſpopondit,
Cui ſimilis pia cauſa, viro qua ſcilicet uxor
Conſuluit, nè carceribus concluderet actor,

b Mulier prò alio fidejubens exceptione Senatus Conſulti Vellejani à Vellejo introducta abſolvitur, & ſolutum repetit, *l. 9. C. ad Vell.* quod etiã ad hæredes, & fidejuſſores ipſius trãſit *l. hæ actiones, & l. ſi mulier, §. Si ab ea, ff. ad Vell.*

c Ceſſat Vellejanum,

Sive

Digitized by Google

Sive marem finxit, vel par foret addita merces.
Non [a] tamen extinguit conventum Exceptio munus.

num, ſi mulier poſt biennium confirmet, item ſi prò aliena dote, vel prò excarcerando viro, ſervi libertate, vel alia cauſa pia ſe obligaverit, aut ſe finxerit marem, ut creditorem deciperet, *l.22. l. ſi dotare, l.5.& pen. C. ad Vell.* vel pretium receperit, *l.antiqua, C cit.*

a Vellejanum non irritat ſimplicem donationem, *l.etiam, & l.jubemus, C.cit.*

Caput XI.
De Exceptione inter Mercatores.

[b] Cum comune bonum commercia Civibus addant,
Ex pacto Mercator agit, ſtipulatio quamvis
Deficeret, nec legum apices attendit, at æquo
Judicis arbitrio dubium ſententia pactum
Explicat. Hunc poſſeſſorem ſi creditor urget
Pignoris, oppoſita authoris diſcuſſio litem
Differt; quin proles Juri ſubiecta paterno,
Mercibus incumbens validam ſub Judice cauſam,
Quam patitur merx, componit; nec mutua tollit
Excipiens Macedo; ſcribentis computa tùm prò,
Tùm contrà plerumque probant, niſi fama ſit impar.

b Ratione boni publici ex mercatura reſultantis, conceſſum eſt, ut inter Mercatores ex pacto nudo oriatur actio; ut ex bono, & æquo, non per apices Juris procedatur; ut poſſeſſor conventus actione hypothecaria poſſit opponere diſcuſſionē principalis debitoris; ut filiusfamilias mercator prò ſuis mercibus litē agere poſſit, ut obligetur ex mutuo, ut libri rationum ex conſuetudine probent prò ſcribente, & alia apud *Marant. in praxi p. 6. & Revit. in Pragm. ad Maced.*

Caput XII.
De Exceptione Fidejuſſoris.

[c] Contractæ Fidei prodeſt Exceptio, ſi qua
Actori primò conventus debitor obſtat,
Ni quæ perſonam ſequitur, ceù Judicis, aut qua
Reſtituit Prætor deceptum ætate minorem.

c Fidejuſſor eadem exceptione, qua principalis, utitur, niſi eſſet omninò perſonalis, ut incompetentia Judicis, vel minor ætas, *l. ſi reus, ff. Iudicatum ſolvi, l. Marcellus, ubi Gl. ff. de fidejuſſ.*

Digitized by Google

Dote luit, cui Antifernum munus adhæret,
Comunique thoro ſejungitur; hanc quoque læſus
Invitam clauſtro poterit detrudere Conjux;
Servili quin luxurie polluta ſupremo
Supplicio pendit,valido nec munere ſervum
Exuit Imperio,nè vitet Judicis urnam.
Excuſat corrupta fides à conjuge,cui par
Objiciens crimen non ritè repellitur uxor;
Aſsidet invalido contractum nomine Fędus,
Conjugii conventa forent ſeù verba futuri;
Nec dotem mæchus minuit,qui fraude feſellit
Se ſponſum ſimulans; parcit violenta libido;
Indulget quoque,ſi accedat vir conſcius ultrò,
Expreſſis quamquam nequeat dimittere noxam
Pactis; uxori quin ſi comunicet antè,
Quàm culpam lueret,reus eſt,quaſi leno,maritus,
Oſcula ſi tantùm conjux inhoneſta dediſſet
Dote cadit,vel ſi qua viro prohibente alienos
Appeteret conviva lares,agnatio ni quos
Conciliet,vehemens ſceleris quam ſcilicet angit
Suſpicio. [a] At quamvis æterna exceptio crimen
Objiciat,quinquennalem parit actio queſtum.
Conjugii ceſſante fide ſi infertur honeſtæ
Matronæ vitium,tàm ſi viduata marito eſt,
Quàm nondùm thalami tædas experta jugalis,
Nobilis ære luit, fiſco repetente bonorum
Semiſſem;vilis meritas dat corpore pęnas,
Indè relegatur pellex,niſi par in utroque
Conditio det legitimum conjungere fędus.
Plectitur arbitrio pollutus labe Sacerdos.
Pupillam Tutor violans,Curator adultam,
Ancillam Dominus,perſolvunt ſanguine pęnam.
Aſsidet invitam rapiens à ſede puellam;
Mandantem par mulcta premit, vel turpe ferentem
Auxilium;ingenuæ vis lata bona omnia transfert,
Et ſacra raptorem decreta fidelium ab Orbe
Sejungunt,famæque æternum dedecus addunt,
Nec fas eſt valido raptam ſibi jungere nexu,
Illam

miliæ dedecus, tùm ob incertitudinem prolis, eſt amiſſionis dotis, & antephati,etiam ſi tantùm per oſculum peccavit,item ſeparationis thori, niſi priùs vir adulteratus fuit, & ſi cum ſervo peccavit, etiam mortis, *l.8. C.de repud.l.fin.C.eodem.cap.per veſtras de donat. inter vir.& uxor. l.un.C. de mulieribus, quæ ſe propriis ſervis junx.* Cujus criminis ſuſpicionem faceret mulier invito viro apud alios, niſi conſanguineos, pernoctans, *l.conſenſu, C.de repudiis*. Hæ autē pœnæ non habent locum, ſi vel Matrimonium ſit nullum, vel mulier decepta,vel tacitè vir,poſt cognitum adulterium rem cum illa habens,remiſerit, quod tamen in pactum deduci nequit, imò vir non levem lenocinii ſuſpicionem daret,*l.2. C.cit.* nec habent locū in ſponſa de futuro.

a Exceptio hujus criminis eſt perpetua,quarè cōtra mulierē dotem repetētem ſemper poteſt opponi;queſtio verò eſt quinquennalis, quarè elapſo quinquēnio non poteſt maritus ſeparationem petere, &c.*l.mariti, ff.ad legem Iul.de adult. l. adulter, C.eodem*.

b Stuprum in honeſtam mulierem, ſine adul-

Illam donec habet, dotem cui viribus æquam
Sufficiet, niſi pacta priùs ſponſalia parcant.
Dat [a] Caput Incæſtus, quo affinis crimine peccat
Cum conſanguineis, cum prole nefanda parentis
Conſimili luitur, Venus & præpoſtera, pęna.

adulterio, commiſſum punitur in Nobili conſiſcatione medietatis bonorum, in vili corporaliter, & relegatione, niſi ſtupratam duxerit, *ut hic in §. Item lex Iulia de adult. cap. 1. & 2. de adult.* Sacerdos arbitrariè, Tutor, Curator, & Dominus violantes pupillam, adultam, & ancillam capite puniuntur, *l. un. C. ſi quis eam*. Item raptor invitæ puellæ cum mandante, opem ferente punitur etiam amiſſione omnium bonorum, quæ transferuntur in ipſam raptam, *l. un. C. de raptu Virg.* & de Jure Canonico eſt infamis, excommunicatus, nec poteſt raptam ducere donec in ſua poteſtate retinuerit, & ſemper tenetur dotare, *ut ex Trident.* niſi illa ſit ſua ſponſa.

a Incæſtus verò inter conſanguineos, & nefandus coitus inter aſcendentes, & deſcendentes, & Venus præpoſtera capite puniuntur.

Caput III.

De Homicidio.

b Comuni quoque ſubijcitur homicida querelæ,
Læthali aut feriit viventem vulnere, fætu
Aut animato prægnantem diſperdidit alvum,
Supplicio reus extremo, ſi protinùs ictu
Exigat interitum; quæ interſunt vindicat hæres;
At culpa tantùm peccantem mitior urget
Ultio, ceù latam conatus pellere vim vi,
Aut non læthifero percuſſit vulnere, quamvis
Interitum caſus, medici vel culpa dediſſet.
Proditor incautum fuco velatus amoris
Clam ferro ſuperat; ſceleris mercede locator
(Ni modica, aut incerta foret conventio) crimen
Contrahit aſſaſsinii, & hos cum conſule cenſent,
Mandatumque pari pęna, vel crimine, leges,
Præſidioque ſuo ſontes Eccleſia pellit.

b Tertium publicum delictum eſt homicidium, quo homo vivens, ſive jam natus, ſive exiſtens in utero, occiditur, & quamvis fætus inanimatus non poſſit verè occidi, tamen quia futurus Civis excluditur, tamquā homicidium punitur, & regulariter pœna mortis cum refectione damnorum, niſi vel ad ſui defenſionem, licet cum exceſſu, vel ſolùm vulnerare intendiſſet; quòd ſi addatur color amicitiæ, erit proditorium; ſi certa quantitas pecuniç, niſi levis, erit aſſaſſinium, & neuter Eccleſiaſtica immunitate gaudet, *ut ex Bulla Gregor.*

Digitized by Google

Caput IV.

De Parricidio.

a AUſa Patrem violare, luit veſana ſupremo
Supplicio ſoboles, pęnam nec temperat ætas,
Nec ſcelus expectat Judex omninò peractum,
Vel tantùm natura ferat, vel fędera prolem,
Armato Patriam genitor niſi milite turbet,
Sive prior ferro gnatum tentaverit ultrò:
Hæreſeos feriens ſectantem dogmata Patrem,
Expoſituſque homicidii erit reus; ergo ſequuto
Crimine dat pęnam. Similis premit ultio Patrem.

a Parricidium, etiam ſi effectus non ſequatur, pœna mortis punitur, niſi pater fuerit hæreticus, aut filium expoſuerit, tunc enim punitur, tamquam ſimplex homicidium, ſcilicet effectu ſequuto, *l. 1. ff. ad legem Pomp. de Parric.* Sic è contra punitur pater filium interficiés, *d. l. 1.*

Caput V.

De Falſo.

b PLectitur arbitrio Falſum, quo nomine peccat
Quiſquis teſtari prohibet, vel ſcribere cogit
Hæredem, ſeù legatum, quibus actio nulla eſt
In bona defuncti; ſi falſa Tabellio ſignet
Inſtrumenta, licet tantùm ſolemnia deſint,
Dat ſervus caput, ingenuus bona miſſus ab Urbe;
His utens cauſa caderet, queis falſus adhæret
Teſtis; prægnanti partum qui ſubijcit alvo,
Vel falſum uſurpat nomen, collata rependit
Damna, vel accepto pretio rem diſtrahit unam
Pluribus occulta fraude. At quicumque monetam
Falſificat, tondet, minuit, Regiſque ſigillum,
Vel Breve Apoſtolicum vitiat, dat ſanguine pęnam.

b Crimen Falſi diverſimodè committitur, ac punitur. Primò prohibens aliquem teſtari, vel cogens ad aliquem inſtituendum, arbitrariè punitur, & hęres, ſi fuerit in culpa, privatur hæreditate, *l. 1. & ſeq. ff. ſi quis aliquem teſtari prob.* Item Notarius falſum Inſtrumentum ſignans, ſi fuerit ſervus, capite plectitur, ſi liber, confiſcatione bonorum, & deportatione, *l. 1. & ſeq. ff. de falſ.* Partes litigantes, quæ falſis teſtibus, vel inſtrumentis utuntur, cauſa cadunt. Item ſupponens partum, & alios caſus hic habes *& in titulo ff. ad legem Corn. de falſis.*

Digitized by Google

Caput Ultimum.

De cæteris Publ. Judiciis.

[a] VI pacem violans communem; qui fodit Urbis
Mœnia; ſervili Ingenuum qui nomine falsò
Uſurpat, capitis dat pœnam; proximus hæret
Fraude vetans Judex litem procedere; ſacrum
Vel commune ſuos aurum qui vertit in uſus,
Vilius at mixto tantùm ſi reddidit ære,
Deportatur. [b] Conſilio qui læſerit Urbis
Annonam; nummo qui ad publica munera tentat
Vota electorum graviter luit (eſto ſupremo
Nondum ſupplicio) [c] pretio famoſus iniquo
Dat quatruplum Judex, praxis te plura docebit.

a *Ut hic in §. Item lex Iulia de vi pub. & not. DD. in l. 1. ff. ad legem Iuliam de vi pub. l. 1. ff. ad legem Flav. de plag. & in l. 1. ff. ad legem Iul. peculatus, & hic in §. Item lex Iulia peculatus.*

b *Ut hic in §. Sunt præterea.*

c Judex injuſtam mercedem captans fit infamis, & punitur in quatruplo, *l. 1. & ſequentibus, ff. ad legem Iuliam repetund.*

FINIS.

527389

INDEX

Digitized by Google

Digitized by Google

527389

l
n
h
l.
p
ge
h
pe
pr
m
in
qu
qn

Digitized by Google